

O. S. & Co. Mar. 216190

Sm.

www.libtool.com.cn

Recd.
1615



DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS

CONTINENS

QUAESTIONES QUASDAM

DE

MORBO VARIOLOSO.

www.libtool.com.cn

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS

www.libtool.com.cn CONTINENS

QUAESTIONES QUASDAM

DE

M O R B O V A R I O L O S O ,

QUAM,

FAVENTE SUMMO NUMINE ,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI GUILIELMI TYDEMAN ,

JUR. UTR. DOCT. ET PROF. ORD.,

N E C N O N

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO ,

PRO GRADU DOCTORATUS ,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS ,

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA ,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

JACOBUS DE LA MAR ,

AMSTELODAMENSIS ,


DIE XXIII M. MAJI MDCCXLV , HORA II—III.

IN AUDITORIO MAJORI.

AMSTELODAMI ,

C. G. VAN DER POST.

MDCCXLV.



www.libtool.com.cn

P A T R I

O P T I M O , C A R I S S I M O

H O C Q U A L E C U M Q U E O P U S C U L U M

O M N I , Q U A D E C E T P I E T A T E

D. D. D.

A U C T O R .

www.libtool.com.cn

Je ne decide point entre Genève et Rome.

QUAESTIO PRIMA.

DE ANTIQUITATIBUS MORBI VARIOLOSI.



De *Variolarum* antiquitate in diversas abiverunt sententias celebres in arte viri, aliis statuentibus manifesta hujus morbi vestigia in veterum scriptis reperiri, aliis vero id negantibus. Hujus quaestionis dijudicandae difficultati procul dubio tribuendum est, tantas adhuc remanere controversias, post tot repetita ad eam solvendam conamina. Temerarium ergo foret nobis, si litem inter viros doctos hac de re natam, componere vellemus. Breviter tamen nobis licet enumerae scriptores, qui tam priorem quam posteriorem hac de re protulerunt sententias; indicare quoque veterum scriptorum locos nonnullos ex quibus auctores, qui antiquissimam aetatem accipient, probare conati sunt, eas veteribus cognitas fuisse. Post RHASEN, medicum inter Arabes celeberrimum, qui primus, ut infra monebimus, hanc agitavit questionem, de illa in duas partes abiverunt Medici. Hi enim *Variolarum* originem recentioris habuerunt actatis, illi contra hunc morbum aequum antiquum crediderunt ac genus humanum

ipsum. Prioris opinionis fautores dicunt morbum, Meeca obsessa (569 vel 572 p. Chr. n), primum in Arabia apparuisse, licet jam antea in Africe exstitisset et putant eum per bella, quae gesserunt Mohamed ejusque successores magis dispersum esse atque post bella a Christianis eum Saraceenis gesta, ad recuperandam Terram sanctam in varias Europae regiones translatum esse; illis, qui contrariae sunt opinionis, credentibus eum antiquitatis populis cognitum fuisse, quod probare conantur, quia apud istos populos, qui ab antiquissimis temporibus conservaverint scripta, vestigia et argumenta invenisse credunt, ex quibus ad hanc sententiam argumentari possent.

Ii, qui *Variolarum* originem recentioris credunt temporis probatam habere volunt opinionem suam ex scriptorum Graecorum et Romanorum silentio, de Morbo, qui ut hiece tam manifestis et conspicuis stipatur symptomatibus; atque iis ineptum et alienum videtur *IMPROCRATUM, ARETAEUM CAPPADOCEM, CELSUM, GALENUM, ALEXANDRUM TRALLIANUM* al. non accuratam hujus morbi reliquisse descriptionem, si eum cognovissent. Contrariae opinionis fautores hoc refellere conantur dieendis, non tantum apud medieos, sed etiam apud historicos et poëtas veterum, si non descriptionem fusam et accuratam, saltem brevia inveniri descriptionis vestigia, quae non nisi ad *Variolas* pertinere possint atque *Variolarum* separatae et accuratae descriptionis apud veteres desiderium tribuendum esse credunt huic rei, quod hi *Variolas* non proprium haberent morbum, sed tamquam formam pestis fortuitam neque sibi constantem et sub nomine *Aouou, Pestis, Pestilentiae* designare solerent omnem morbum diffuse grassantem et magnam inter incolas stragem edentem atque huc etiam referrent *Variolarum Epidemias*, saltem quae malignae essent naturae.

RHASES (1) to autem primus fuit qui probare conatus sit, *Variolas* non esse morbum recentioris originis, sed GALENO jam cognitum; pro hac sua opinione varios e diversis hujus auctoris locos (2) affert ex quibus hoc probatum putat; convenit tamen nusquam in ejus scriptis mentionem esse factam nec de Variolarum natura nec de earum cura. Post RHASEN haec quaestio parum aut fere non agitata est, sed medio aevvo elapso, eum doctrinae et artes reflorere coepissent, inter varia argumenta, quae hoc tempore quasi obdormuerant, haec etiam denuo suscitata est quaestio. Seculis XV^o et XVI^o RODERICUS FONSECA, VIDUS VIDUUS, VALLERIOLA, HIERONYMUS MERCURIALIS, eet. *Vario/as* recentioris temporis habuerunt morbum; LEONIARDUS FUCHSIUS contra FERNELIUS, PETRUS FORESTUS, ZACUTUS LUSITANUS DIEMERBROECKIUS, MELEHOR SEBIZ, MEIBOMIUS, SALMASIUS, al contrariam protulerunt sententiam Horum enim opinio erat hunc morbum Graecis Romanisque scriptoribus innotuisse et ab iis ad *Exanthemata* relatum fuisse, quod paucis ex horum scriptorum locis probare conati sunt; quod illi variis tantummodo theoriis refellere studuerunt nihil tamen pro sua opinione afferentes. Horum opinionem etiam amplexi sunt seculis XVII^o et XVIII^o SIDOBRIUS, STAHLIUS, MEADIUS, FREINDIUS. In medio fere Seeulo XVIII duo apparuerunt viri in arte praestantissimi, qui hanc sibi proposuerunt derimere quaestionem: HANNIUS (3) et WERLHOPIUS (4) quorum scripta de hoc argumento, propter modum, quo id pertraetaverunt, his etiam temporibus

(1) Tract. de Variol. et Morbill. Cap. I. Contin. Lib. XVIII.

(2) De pulsibus. Lib. XIV. De usu partium. Comment. in Timaeam. p. IV.

(3) Variol. antiq. nunc primum e Graecis crutae 1755. Carb. pestilent. a Carbunculis s. Variolis veterum destinctus. 1756.

(4) Disquisit. de Variol. et Anthracib. 1755.

maxime laudantur. HAHNIUS autem probare tentavit Graecos sub nomine Ἀρθραζων intellexisse *Variolas*. Fusius scilicet indagavit Graecorum et Romanorum scriptores medieos, locos indicavit, in quibus hic tractatur morbus et probavit eos nomine Ἀρθραζων fere numquam significasse *Carbunculum verum pestilentiale*. WERLHOFIUS primo ex generalibns argumentis sibi demonstrandum proposuit veteres hunc morbum ignoravisse, quia, si hoc sibi succederet Hahnii operis refutatio non esset difficilis; deinde tamen Hahnii opus de verbo in verbum sequitur ut probaret omnes ab Hahnio allatos, ex veterum scriptis, locos non nisi ad *verum Carbunculum* pertinere. Postea quoque in alio tractatu *Hahnius* fusius opiniones suas explicavit quo demonstraret discrimen quod fecerint Graeci *Anthracem* inter et *Anthraces*.

Conamina ergo ad derimendam hancce quaestionem omni successu carebant et potius, quum ab utraque parte pro suis opinionibus argumenta allata sint tam gravia, efficerent ut quaestio hacc semper sub judice maneret. Nil ilominus Werlhofii ejusque sectatorum opinio post aliquod tempus praevaluit, licet TRILLERUS (1) en PLENCISIUS (2) Hahnii defenderent sententiam, alter in disquisitione historica, alter in theoria sua de Contagio. PAULETUS (3), neutrius opinionem secutus, negat quidem *Variolas* Graecis Romanisque cognitas fuisse, sed probat eas jam seculo sexto in Francia apparuisse, hoc pro sua opinione afferens quod hoc tempore de *Variola* mentionem factum inventiret. Postea GRUNERUS et SCUDERIUS (4) litem solvere conati sunt, illo Werlhofii opinionem defendant, hoc Hahnii.

(1) Epist. duae de Anthracib. et variol. veterum. 1756.

(2) Opp. Med. Phys. 1762.

(3) Hist. de la petite Verole. 1768.

(4) De variol. morborumq. contagios. origine, causa cet. 1789.

SCUDERIUS www.librecht.com.es quoque verisimile habuit *Variolas* ex Aethiopia in Graceiam esse translatas et peste in Atheniensem constituisse. Post aliquot annos ideas suas exposuit SPRENGLIUS (1) de *Variolarum* antiquitate et concludere videtur *Variolas* jam remotissimis temporibus in Arabia cognitas fuisse, quia jam ABARONIS tempore (622 p. Chr. n) satis manifeste innotuerint. WOODWILLIUS (2) contra carum ortum duxit ab anno 569 (Mecca obsessa) et refellit opinionem de prima dispersione per Europam, Expeditionum Crueiatarum tempore, quod etiam secundum MOORII (3) opinionem multo anterius loeum habuisse, is tamen negare non potest nonnullas antiquorum desriptiones tam conspicue Variolis posse applicari, ut etiam peritissimi in arte hoc falli potuerint. MONRO (4) quaestionem solvere non conatus, tamen cum aliqua prae dilectione faeta explicat collecta, quae pro antiquitate eertare videantur. BATEMANUS (5) ne minime quidem dubitare videtur, quin veteribus innotuerint tam *Variolae* quam *Morbilli* et *Scarlatina*. Celeberrimus WILLANUS (6) quoque, ultimo vitae tempore, quaestionem hanc aggressus est, quam absolvere tamen mors impedivit. Ejus opus tamen absolvit et edidit, mortui amicus ASHBY SMITHIUS. Hicce tractatus collectionem continet, quam maxime absolutam pro argumento historieo veteribus variolas innotuisse, multoque ante crueiatarum expeditiones in Europam fuisse translatas. In hoc libello symptomata explicantur pestium, quae a seculo tertio ad seculum quintum p.

(1) Versuch c. pragm. Geschicht. d. Arzneik. 1793. Beitr. z. Geschichte d. Med. 1794.

(2) Hist. of the inocul. of the small-pox. 1796.

(3) Hist. of the sm. pox.

(4) Obs. on the diff. kind of sm. pox. 1818.

(5) Practical synopsis of cutaneous diseases. 1814.

(6) An inquiry into the antiquity of the small-pox etc. by A. SMITH. Lond. 1821.

Chr. n. in Europa grassabantur; ibi varii Galeni loci, quae de peste agunt in veram lucem proferuntur; plurimi, ex veris et spuriis Hippocratis scriptis, loci commentario illustrantur; hic exponuntur vera *Anthracum*, *Ignis sacri* cet. significatio.

Relictis variorum opinionibus de *Variolarum* antiquitate memorare etiam liceat veterum scriptorum locos, quibus designari Variolas putant nonnulli. Sunt unum, qui credant inter frequentes locos veteris Foederis, ubi de morbis cutaneis verbum est, multos ad variolas esse referendos. Auctore SONNERATO (1) in India varia inveniuntur argumenta maximam variolarum antiquitatem probantia; in Hindorum Mythologia nempe Dea invenitur patrona hujus labis, eujus cultus etiam nunc maximo est in honore; quod etiam ab HOLWELLO (2) affirmatur, qui narrat in fere antiquissimo libro sanscritico, ATHAR-VEDA, cuius auctor ipse fuit BRAHMAH, mentionem esset factam de cultu et precandi formulis, quibus uti solerent Brahmini, quando inoculationem instituerent. Apud Sinenses quoque talis memoratur Dea, cuius cultum a renotissimus temporibus (30 Seculis) repetunt tam vulgus quam eruditii (3). Licet HIPPOCRATES, omnium antiquitatis medicorum longe celeberrimus in scriptis suis non singulatim deseripserit hunc morbum, attamen in iis inveniuntur loci nonnulli, qui quidammodo eum *Variolis* comparari possent. Ita HANNIUS, SEBIZIUS, ZACUTUS LUSITANUS al. varia *Exanthemata*, quae in variis ejus scriptis, imprimis autem in Libris de *Morbis popularibus* deseribuntur, *Variolas* esse eredunt; inter haec praecipue ubi de *Anthracibus* agit Hippocrates, quas

(1) Voyage aux Ind. Orient.

(2) Account on the manner of inoculat. of the small-pox in the East-Indies, 1767.

(3) MOORE I. c. p. 22.

saltem ~~www.libavaruntmon~~ esse *Carbunculum* aut *Anthracem* (1). Sunt etiam, qui *Pestem Atheniensem*, quae anno 428 et seqq. Athenis et in locis viciniis grassata est, variolas atque hoc malignissimae naturae fuisse, credant. Haec pestis orta erat, auctore THUCIDIDE (2) (qui nobis tam conspicuam et accuratam reliquit descriptio- neum, ut non prorsus dolendum sit, nullam medie cu- jusdam ad nos pervenisse) orta erat pestis in Aethiopia et per Aegyptum et Persarum regni partem iter faciens, subito apparuit Athenis, ubi, eodem historico monente, Medieis istius temporis prorsus ignota erat et insolita Contagionis vehementia excellebat. In romana quoque historia, a DIONYSIO HALICARNASSENSI (3), TITO LIVIO (4), DIO- DORO SICULO, sub nomine Αοιδον, Φθορον, *Pestis*, *pestilentiae* frequenter morborum Epidemicorum mentio est faeta, qui diversis temporibus Romae et in aliis imperii romani regionibus grassabantur. Eorum autem plurimi verbo tantummodo commemorantur, nonnulli tamen fusius pertractantur et inter has inveniuntur, quos *Variolas* esse putant nonnulli. Sed hactenus de Historicis et breviter nunc de Medicis. Videtur HERODOTUS Lycius, qui exente seculo primo (p. chr. n) *Domitiano* et *Nerone* imperan- tibus, medicinam exercebat Romae et eius fragmenta in AETHI (5) citantur scriptis, inter varia *Exanthemata febrilia*, quae discribit, quorum curam exponit, *Vario- las* forsitan quoque pertractasse. GALENUM variolarum de- scriptionem non reliquisse absolutam, instar argumenti

(1) HIPP. d. Morb. L. II. 2. 15 (ed. v. d. Linden 1655). Epidem. Lib. III. S. 3. p. 725. Lib. VI. S. 8. p. 821. Lib. IV. S. 45. p. 752. Lib. VII. S. 52. p. 872. De affect. § 55. p. 725. Epid. Lib. II. p. 684. etc.

(2) De bello pelop. Lib. II. Cap. 47—54.

(3) Hist. Rom. Lib. IV. c. 69. Lib. IX. c. 40.

(4) Lib. III. c. 5. 52. Lib. IV. 25, 30. Lib. XLI. 21, 26 cet,

(5) Tetrabil. Lib. II. serm. c. 129.

habent nonnulli, illi medico ignotas fuisse Variolas, alii contra jaetantes illum praestantissimum medicum nihil ignoravisse quod ejus tempore notum esset, loeos quosdam ex ejus scriptis, qui de *morbis cutaneis chronicis* et de *Carbunculo* agunt, *Variolas* designare volunt. HAHNIUS praesertim carbuneuli desriptionem sie interpretatus esse videtur ut multa in Variolas eaderent; loei tamen qui fortasse quodammodo ad Variolas spectarent, tam ab eo, quam ab aliis prorsus negleetti sunt (1). Antequam hanc demittamus quaestionem de ea audiamus FRANKIUM (2): si quis lethalitatem variolarum, qua pars, ut videtur, non minor duodecima morientium hoc a morbo interneionem agnoseit, consideret: si quis oculorum obcoecationes ac venustatis humanae per horrendas eieatriees devastationem rimetur; — si morborum fere omnium hoc ex uno licet jam superato propullulantum, animo quis numerum coneipiat; — si quis denique sortem super omne nunc genus humanum extensam, ac universale, quod huic morbo persolvimus tributum sedulo perpendat, mirabitur, doctos in arte viros versatosque in antiquorum lectione homines dubitasse, an morbus, de quo agimus, posterior sit tam fidis observatoribus, quibus nos imagines popularium quotquot habemus, aaccuratissimas debemus, quibusque negligentiae notam eo ipso inurere non verebantur, quod morbum inter omnes primum eomunissimumque tam oseitanter ab antiquis observatum esse assererent, ut nos tandem eo quod pietae ab ipsis imagini morbi nomen non simul subseriperint, quid demum morborum depingere eontenderint, jamjam habemus inter nos litigandum.”

Quidquid autem est de antiquitate hujus morbi ineo

(1) De præs. expulsib. Lib. III. c. 4.

(2) Epitom. de Curand. hom. morb. Lib. III. Tom. II. p. 79 (Viennæ 1832).

satis ~~www.libtooidentur~~ eruditis RASEN (1) primum fuisse, qui distinctam et accuratam hujus morbi dederit descriptionem, licet ipse fateatur se compilasse vetustiorum in dieorum Arabum scripta; citat enim quemdem AHARONEM (2), qui, Mohamede regnante (622 p. chr. n.) Alexandriae vixit et libros scripsit de *Variolis*. Memorat quoque Doctissimus J. J. REISKIUS (3) in Bibliotheca Lugduno-Batava manuscriptum invenisse Arabicam, in qua narratur eodem anno, quo natus est *Mohamed* (572 p. chr. n.) in terris Arabum *Variolas* et *Morbillos* comparuisse. Maxime veritati congruum videtur *Variolas* ex Aethiopia in Aegyptum et Arabiam translatas esse atque uno eum *Mohemedis* imperio late dispersas esse per plurima loca ubi antea ineognitus erat morbus. Minus probabile contra est, eas post bella cum Saracenis gesta ad reeuperandam terram sanctam, primum per Europam dispersas esse, quia PAULETUS ut supra memoravimus, jam mentionem factam invenit de *Variola* seculo sexto, atque, auctore THYSSENIO (4), jam anno 907 in nostris adfuit regionibus; sed majorem fidem meretur eorum opinio, qui statuant eas ab Arabibus, qui tunc Mauri dicebantur, ad Africæ regiones maritimas et exinde etiam in Hispaniam, Portugalliam, Franciam, etc. translatas esse, quibus in regionibus magnam ediderint stragem; nihilominus bella supra memorata conduxisse videntur ad eas frequentiores reddendas seculo decimo secundo in regionibus Europæ meridionalibus atque postea etiam in septentrionalibus ubi hisee temporibus satis cognitus erat

(1) L. c.

(2) Abulpharaje Hist. Dynast. p. 99.

(3) Diss. inaug. Lugd. Bat. 1746.

(4) Cf. THYSSEN Geschiedk. beschr. d. ziekte. in Nederl. 1816. p. 216.

»Ik heb hiervan geene sporen in onze gewesten kunnen vinden voor 907, wanneer ELFRIEDE, Gravin van Vlaanderen, van deze ziekte herstelde.“

www.libtool.com.cn

morbus multisqne mortem attulit. Incunus seculo XVI^o (1518) ad insulam *Hispaniolam* primum Variolas trans-tulerunt Hispani ubi maximus incolarum numerus hoc periit morbo; dein quoque in varias *Americae septentrionalis* regiones propagatae sunt ab Anglis; in *Brazilia* aliisque *Americae* regionibus usque ad annum 1643 prorsus ignotis manentibus (1). Eodem fere tempore inter *Indiae Orientalis* (2), insulae *Ceylonis*, *Mallaccae*, eet. ineolas eundem morbum propagaverunt Batavi. Seculo XVI^o ad finem vergente magis universalis fieri incepit morbus in *Suecia* (3) et *Dania* (4) atque ibi noxios exerevit effectus. Anno 1707 (5) tandem quoque *Islandiae* ineolae eadem affiebantur labo, qua omnes fere deeedebant. Anno 1717 navis Batava, inqua pauci hoc erant affetti morbo, ex India Orientali rediens eum introduxit in *Promontorium bonae spei*, ubi tam diros exereebat effectus ut tota fere colonia incolis destitueretur.

Atque sie videmus hunc morbum omnes fere terrarum partes affeeisse et ubique magis minusve diros suos exereuisse effeetus.

Hujus morbi adeo egregiam et aeeuratam dedit des-criptionem SYDENHAMUS ut BOERHAVIO monente, deceies legi mereatur. Hujus auctoris doctrinam tuiti sunt et perfeerunt in nostra patria summus BOERHAVIUS ejusque disci-pulus SWETENIUS atque BAGGAARTUS; in Anglia FREINDIUS, HUXHAMUS, MEADIUS; in Gallia TISOTUS; in Italia BURSERIUS; in Germania BERGERUS, STOLLIUS, HOFFMANNUS, eet; in Swecia ROSEN A ROSENSTEIN, BERGIUS, eet.

(1) PAULET, Hist. de la petite venole, p. 156.

(2) HELBIG, Ephemerid. nat. eurius, Dee. I, anno 9, 10.

(3) B. Olaus regis ERICI XIV et JOHANNIS III medicus eas primo memoravit 1578. ROSEN A ROSENSTEIN, p. 154.

(4) In Epist. Pauli Eliae primo 1527 memoratae s. variol cf. WENDT, p. 1.

(5) NB. Secundum cl. FINN MAGNUSEN ex annalibus Isl. pateret vario-las jam annis 1241 et 42 cet grasatas esse in Isl. cf. WENDT, p. 2.

QUAESTIO SECUNDA.

DE PROPHYLAXI MORBI VARIOLOSI.



Variolae a tempore quo cognosci ineipiebant semper erat morbus hominibus quam dirissimus non solum quia ingentem numerum necarc, sed etiam eos, qui mortem evaderent corpore et mente deturparc solebant. Mirum ergo non est, morbum adeo dirum et hominibus perniciosum ae *Variolas*, medicos incitavisse ut auxilia quaererent, quibus sinon impedire, saltem mitigare possent hostem, quae auxilia multum differebant secundum opiniones quas habuerint medici de morbi indole. Sic RHASES (1) laudavit corporis munditiem, balnea, lotiones, diaetam tenuem, et medieamenta nonnulla, in primis Caphuram; GLAUBERIUS (2) multum celebravit *panaceaem* quamdam ex Antimonio, Nitrate Potassae et Sale Tartari; TRUNCONUS (3): vapores herbarum odoriferarum;

(1) l. c. Cap. V.

(2) Proeve over de voorbeh. der Kinderpokken, 1770, v. d. bosch, p. 44.

(3) Id. 246.

www.libtool.com.cn

ETT MULLERUS (1): Tineturam Myrrhae, Mercurium dulcem cum Jalappa; praeclaris BOERHAAVIUS (2) mixtionem ex Hydrargyro et Antimonio; ROSENIUS (3): Mercurium dulcem, Caphuram, cet. — Alii quoque alia proposuerunt eidem scopo dicata auxilia, inter quae tamen dignissima est, quac nominetur, quia maxime probata videbatur nempe: *Variolarum Inoculatio* sive earum infectio artificialis, quaeque non nisi sero in Europam introducta est, licet jam per multa secula usi fuerint Afrieae Asiaeque incolae (4).

Inoculatio autem est Variolarum lymphae in sanorum corpora introductio, hocce proposito, ut oriatur morbus variolosus benignus et regularis, qui praecaveret contra infectionem naturalem, quae excipere posset minus benignae characteris morbum. Licet tempus ignoremus, quo primum institueretur *Inoculatio*, tamen constat eam remotissimis jam temporibus instituisse gentes supradictas. Ex Circassia dispergebatur ad Graeciam, ubi primum inter Mohamedis sectatores propter corum praedestinatio- nis fidem paucorum tulit suffragium; anno 1672 vetula quaedam Thessalis eam in Constantinopolin introduxit ubi non prius universalis est facta, nisi tempore (1701) quo ibi Variolarum Epidemia horrenda grassabatur, in qua efficax suus apparuit effectus, quia nullus eorum qui Inoculationem subiissent, moriebantur, contra fere omnibus, qui morbo via naturali affieebantur, pereun- tibus.

Anno 1713 doctissimus TIMONIUS, qui tunc temporis

(1) Sendschreiben v. d. ausrottung der Kinderpocken, Cas Medicus, 1763, p. 89.

(2) Aphor. 1592.

(3) Zickte der Kinder. (Sandifort) 565.

(4) Voyage de LA MOTTRAYE, Philosoph. transact. №. 559. Lettres edif. et curieuses du PERE D'ENTRECOLLE.

medicinam exercerebat in Constantinopoli et plurimi viderat Inoculationis efficiem primus de ea eertiorem fecit eamque quam maxime allaudavit WOODWARDIO, medio Londinensi; quo tandem quoque in Europam pervenit exequitatem. Timonii laudes post aliquot tempus affirmavit cgregia Legati, apud aulam Tureicam, uxor MARY WORTLEY MONTAGUE (1) quae ipsa Inoculationem subire jusserrat filium suum atque redux in Anglia quoque filiam. Plurimi in Anglia, atque inter eos nobilissimi, timore pereulsi, ob diros effectus, quos excrere solebant Variolae praelariae hujus seminae imitabantur exemplum. Nihilominus plurimi inter Medicos contra Inoculationem afferebant argumenta; sed, hoc tempore Londini Epidemiee grassantibus Variolis atque regis Angliae filia hoc morbo graviter decumbente, regina a marito regio petuit ut aliis suis filiis insitionem Variolarum subire liceret, quibus preeibus priusquam vinceretur rex experimenti causa, septem capitatis damnatos eam subire jussit; quod tali eum eventu successit ut sex miti affieerentur morbo, unus contra, qui naturali via, jam ante Variolis affectus fuerit, prorsus intactus maneret (2); quo feliciter praeto, regis filiae eandem subierunt operationem neque minus feliei eum eventu; quorum exempla postea bene multi imitabantur. Hoc tempore quoque cani tuebantur et instituebant peritissimi in Anglia Medie: n. SLOANE, FREINDIUS, MEADUS, FULLERUS, JURINUS, KIRCKPATRICKUS multique alii atque per varias expergebatur Angliae regiones. Magis magisque universalius fieri ineipiebat Inoculatio donee Medici nonnulli plurimique Theologi cam improbare tentabantur, quod tantum exerceebat effectum ut A°. 1729 fere prorsus relieta videretur. Postea tamen, Epidemiis Variolarum

(1) Lettre XXXI.

(2) R. MEAD, de Variolis, C. V.

www.libtool.com.cn

grassantibus in honorem restituta est et per longum tempus probata manebat in Anglia eam intuentibus praesertim SUTTONIO, DIMSDALIO, cet.

Si jam in Anglia tardos fecit progressus Variolarum Insitio in Francia etiam majores superandas habebat difficultates; in haece regione nimurum non utique in Anglia instituebantur ad ejus effieaciam probandam vel improbandam, experimenta, sed Theologiae facultatis (*La Sorbonne*) decreto faetum illicitum judicata, fere universe inprobata est (1). Nonnulli tamen Medie (DODARTUS, CHIRACUS, HELVETIUS, FALCONNETUS, ASTRUCUS, eet.) eam nihil ominus instituebant, quosque quam maxime tuebatur PHILIPPUS AURELIAE DUX, tune temporis *Franciae procurator (Regent)*, qui etiam duos filios Inoculationem subire jussit, quo tamen mortuo (1723) atque HECQUETO (2) magna eum vehementia in ea praejudicato, fere prorsus demissa erat, donee Anno 1750 LA CONDAMINIUS eam in seripto suo de Inoculatione (3) maxima laude celebrabat, omnia enervans, quae ei objectabantur ejusque praestantiam defendens, ut universe approbaretur et ab omnibus fere Medicis, ut effieax, institueretur atque a facultate Theologica revocaretur deeretum. Tandem quoque GANDOGERUS DE FOIGNY suum edidit opus in quo omnia laudabat Insitiois beneficia; progressa temporis etiam multae ortae sunt lites de hujus operationis efficacia et praestantia inter *Facultatis Medicae Parisiensis Socios*.

Anno quoque 1721 haec Insitio ex *Anglia* in *Americam Septentrionalem* translata est ubi, grassantibus Variolis, MATHERUM primum habebat admonitorem eujus eonsilium seeutus est BOYLSTONUS; multis tamen eorum,

(1) GIRTANNER, u. d. Krankh. d. Kind. p. 193.

(2) Raison de doute contre l'inocul.

(3) Mem. s. l'inocul. de la petite verole.

in quibus ~~white~~ transitionem instituerat, mortuis, ceteri Medici ab ea abstinebant operatione neque eam susciepiebant nisi Anno 1738, quo horrenda Variolarum Epidemia, sere omnes Variolesi periebant, ab hoc inde tempore nova instituebantur experimenta atque feliciore cum eventu, ita ut lethalitas manifeste diminuta appareret.

Licet summus BOERHAVIUS ad finem Aph. 1403 habeat: »*Prophylaxis insitiva videtur satis certa tutaque*“ (1), eam ipse numquam instituisse neque discipulis suasisse videtur atque Swietenio momente non nisi 18 circiter annos post ejus mortem in patria nostra increbescere cepit. TRONCHINUS (2) autem, medicus Amstelodamensis ejus primum in filium periculum fecit (Aº. 1748) felici cum eventu; ejusque exemplum tamen non imitabantur Medici nisi Anno 1754 quo Doctissimus SCHWENCKE eam instituere incipiebat *Hagae-Comitis* atque clarissimus GAUBIUS Anno sequente *Lugduni-Batavorum*, quorum exempla tamen non multi imitabantur in aliis urbibus et licet *Swolliae* doctissimus STOLTIUS et *Utrecht* cl. VOLTELENUS felici cum eventu Inoculationem instituerent, tamen effectus in Epidemiis non excercere videbatur manifestos ita ut *Hagae-Comitis*, *Harlemi* et postea quoque *Lugduni-Batavorum* et *Amstelodami* prohiberetur (quod decrectum tamen *Hagae-Comitis* Aº. 1782 revocatum est). Ab hoc tempore tamen paullo majore cum successu excerebatur in primis CAMPERI auspiciis, tamen non exercens, neque probans efficaciam in diminuendo morbo aut eum benigniorrem reddendo (3).

In *Italia* Anno 1750, Epidemia variolarum grassante,

(1) In prima editione Aphorismorum non adest hoc (1709), verum in editione tertia (1722) jam reperitur.

(2) THYSSEN, l. c. p. 219.

(3) THYSSEN, l. c. 219, 220.

in qua omnes fere periebant infantes, primis institutis experimentis et LA CONDAMINIO, iter faciente per hanc regionem, eam magna laude, efferente, statim multorum tulit suffragium et fere universe approbata est Inoeulatio.

In *Helvetia*, ubi non nisi Anno 1756 primum instituebatur Variolarum Insitio, magnum quoque tulit suffragium atque praeter TRONCHINUM, ad eam universalem reddendam multum attulerunt TISSOTUS, HALLERUS, BERNALLOVUS.

A doet. MAITLAND in *Germaniam* translata, HENRICUS Hanoveriae princeps eam primum subiebat et post eum multi alii inter nobiles atque universe pauaeae ibi ei objectabantur difficultates. FREDERICUS MAGNUS ejusdemque boni hujus quoque instituti, in *Prussia* erat patronus; ita ut A°. 1764 *Berolini* experimenta instituerentur atque tali eum effeetu ut satis faeile redditia sit universalis. Quum in *Austria* celeberrimus HAENIUS (1) huic quam maxime obstaret praesidio usque ad annum 1764 pauessimam tantum tulit suffragia, postea tamen, saetis in 65 orphanis et aliis, experimentis majorem habebat successum, ita ut etiam Imperatrix, quae antea jam Variolis erat affecta, liberos suos Insitionem subire jussit. SWIETONIUS tamen in Comm. in Aphorismo 1403 varias reeenset rationes quae eum permoverint ut nemini Variolarum Insitionem suasisset.

In regionibus Europae Septentrionalibus *Dania*, *Swedia* eeleres feeit progressus ad quod LA CONDAMINII traetatus, in fere omnes linguas versus, multum eonduxit; non utique in Anglia et in Franeia Theologi ei obstabant sed contra multum ei adjuvabant. In Dania BERGERUS et HENSLERUS, in Sweeia SCHULZIUS, ROSENIUS, BERGIUS, al. eam quam maxime tuiti sunt, quibus adjungi potest regum utrius-

(1) Ratio med. T. IX.

que regni patrocinium; ita ut in nulla Europae regione minora superanda haberet incommoda (1).

CATHARINA II, Russiae Imperatrix prima fuit quac A°. 1768 in suo Imperio Inquisitionem subiit; ejus exemplum quoque celeriter imitati sunt ejus filius plurimique inter nobiles aliisque ita ut satis facile per totum imperium divulgeretur et acciperetur.

In *Hispania* contra tantas experita est difficultates ut, quum jam diu in ceteris regionibus probaretur ibi fere prorsus innota esset, donec, Variolarum Epidemia grasseante (1791) Doct. COIGNA eam exprimere et probatam inveniret; quo feliciter facto, Rex filios Inoculari jussit atque per totum regnum divulgari.

Praesidium ergo hoc, pro isto tempore satis prophylacticum in scere omnibus Europae, Asiae, cet; partibus universe redditum, hic majora, illic minora superanda habebat incommoda.

Non in omnibus regionibus autem eadem adhibebatur Inoculandi methodus; *Sinenses* (2) ita Gossypii filum in pustularum Variolosi pure induerc atque hoc inoculandorum naribus inducere solebant; pater d'ENTRECOLLES tamen monente aliam etiam adhibebant rationem, hoc est: pustularum crustulas siccatas in pulvcre redactas naribus inferebant (3). In *Bengalia* et *Indostan* filum bombaceum pure imbutum et acu instructum surarum cuti introducebatur (setacei modo) et post aliquot dies removebatur (4). HOLWELLIO tamen monente cutis per aliquot tempus fricabatur eique instituebantur vulnuscula, quibus imponebatur bombax pure varioloso atque aqua e

(1) WENDT, Beitr. z. Geschicht. d. Mensch. pocken etc. p. 4. ROSEN, I. 324.

(2) KIRKPATRICK, on Inocul.

(3) Lettres edifiant, T. XX.

(4) CHAIS, Essai apol. de l'inoculation.

Gangis illico imbuto, cui agendi rationi addebantur formulæ nonnullæ e Libro quodam Sacro (1). In variis *Africæ* regionibus hanc adhibere solebant rationem: inoculandus ad variolosum quemdam ducebatur, ex cujus pustularum maxime evoluta, ab inoculatori capiebatur puris guttula, quæ vulnusculis introducebatur, utriusque manus pollicem et indicem inter, factis, quæque obtegebantur linteo quodam (2). In *Nubia* tamen, feminæ, a quibus institui solebat Insitio, variolosi brachium cingebant linteola quadam donec pure satis esset imbuta, tunc cum removabant et inoculandi brachium eâ circumligabant (3). In *Circassia* et *Georgia*, ubi vetulæ Insitionem exercercebant, acus adhibebantur, quibus vulnuscula cuti inficiebantur ex quibus sanguini stillanti admiscebatur pus e Variolis sumptum (4). In *Europæ* regionibus autem sequentes imprimis inoculandi methodi in usu fuerunt: Vesicantis ope a cute sejungebatur epidermis, cui apponebantur fila pure varioloso imbuta vel variolarum crustulae siccatae. Filum pure imbibitum per cutim ducebatur et statim removebatur. Scalpelli, pure madefacti, ope incisiones cuti inficiebantur (Dimsdalius). Acu, pure madefacto, cutis pungebatur (Gatti). Crustæ pustularum in pulvere redactæ incisionibus in cute factis, introducebantur. Setacei instar filum pure madefactum trans cutim ducebatur ibique per aliquot dies remanserat. In Anglia quoque Sinensium methodus tentata est, quæ tamen majora afferrebat pericula; inter 7 capitum damnatos in quibus, ut supra me-

(1) Lond. Chronicle.

(2) KIRKPATRICK, l. c. p. 108.

(3) Voyage de Bruce aux Sources du Nil, T. IV, Liv. VIII, Ch. IX, p. 557.

(4) Voyage de LA MOTTRAYE, l. c.

~~moravimus~~ ~~li~~ inoculationis periculum faetum est, adolescentula erat, in qua sinensium morem ipse tentavit Meadius atque hoc eo eum effectu ut multo magis aegrotavit quam eeteri.

Multa certe favere videbantur Variolarum insitioni; affirmabatur enim a fide dignissimis rarissime contingere, ut a Variolis insitiis, quis moreretur, contra mortem frequenter sequi Variolas naturales; statuebatur de eorum Variolarum post insitionem semper mitem esse omnique vaeare periculo; nihil metuendum esse de venustae formae deturpatione, cui adeo eeterum insidiosus erat ille morbus; nee ophthalmias, furunculos aliasque molestas sequelas observari post Insitionem; imo nequidem febris secundariam adesse, quae Variolas naturales, si ut eunque numerosae fuerint, eomitari solet; magnam quoque utilitatem habere videbatur, quod Medicus illud aetatis tempus eligere possit, quod manifestissime saveret huic morbo superando, et illam anni tempestatem, qua facilius hie morbus toleretur; verum et contagium per insitionem poterat applicari, dum perfecta aderat sanitas, si quid in sanitate deficeret poterat illud per artem emendari; Variolae contra, dum epidemice grassantur passim solent aggredi illas, qui morbum hunc nondum passi sunt, eum nulli aetati pareat, et quandoque dum alio morbo praegresso fraetae fuerunt vires; vel et gravidas, puerperas, cet. adoriri potest; per Insitionem autem levi eum molestia et minori adhuc eum periculo redimeretur aeternus ille metus tetri et totius perieulosi morbi; nihil enim a reediva metuendum esse statuebatur et eomprobabatur a bene multis in arte peritissimis. Haec Insitionis commoda plurimi refutabant, ineommoda explicantes varia aliasque rationes, eur ab ea abstinentes esse putabant: aliorum morborum nempe

www.libtool.com.cn

seminia in pure varioloso latentia communicari posse corpori humano per Insitionem; plura dari exempla rediisse veras Variolas post Insitionem tentatam sive illa successu caruerit sive Variolas solito tempore excitaverat (1); si extra Epidemiam tentaretur Insitio semper metum esse ne contagium per hanc rationem dispergeretur; infantes Insitione mori posse (2); in nonnullis regionibus, ut e relationibus statisticis patebat, post introductam Insitionem auctum esse defunctorum numerum (3); non tantum esse disserimen quod pertinet ad mortuorum numerum inter Variolas insitias et naturales, ae quidem asseruerunt plures (4); defunctorum numerum majorem esse in Variolis naturalibus magna pro parte dependere, quod non nisi maxime sani insitionem subirent; tandem quoque (a Theologis in primis) incongruum esse Dei eonsiliis et legibus atque magis arti Magicae quam medicinae principiis respondere neque lieere praecavendo uno morbo procreare alium, eet.

Variolarum Insitio ergo actio erat, quae tot habebat commoda, quot incommoda, cuius sequelae semper erant dubiae, quaeque hominibus benigna sed etiam funesta ino et lethalis esse poterat.

Quum autem ista Variolarum Insitio, inde ab initio Seeuli XVIIIⁱ in Europa exercita, contra hanc exitiosissimam pestem, aneeps tantummodo et periculi haud expers praesidium praeveret, exente eodem seculo, in Anglia, ubi inoculandi ars prium pedem fixerat, novum praesidium easu fortuito suppeditatum, inclaruit; inventa

(1) D. HAAN, Ratio Med. T. IX. 261.

(2) Schlotersbriefen, T. II. S. 274. Hanov. Magaz. 1778. N°. 4.

(3) D. HAAN, Ratio Med. Lib. III. 154. ROSTER, Journal de Physique, 1776. T. VII. p. 66.

(4) v. SWIETEN, l. c. 145.

nimirum ~~non~~ erat ab eodem anno (1796) primum suscepit ab EDUARDO JENNERO *Inoculatio Variolarum Vaccinarum.*

Observaverat quippe eelberrius JENNERUS, medicus in urbe Berkeley Ducatus »Gloucestershire,» eujus immortale nomen cuivis notum est, morbum quemdam in vaearium uberibus obvenire pustulosum, a rustieis similitudinis causa *Variolae Vaccinae*, Anglice *Cowpox*, nuncupatum eumque haud raro hominibus per eontaetum impertiri, unde ii a Variolarum humanarum infectione immunes arbitrabantur. Morbus ille apparet in vaccarum uberibus et papillis sub pustularum inaequalium forma, quae lato circumdantur halonc. Saepc iis, qui vaceas istas mulgent aegrotas circa manuum articulos et digitorum apices, inprimis si vulnuscula ibi adsunt, parvae papulae s. *Variolae* erumpunt, quae eeleriter crescentes, in suppurationem denique transeunt; simil modo in corporis partibus, per ineautas manuum affectarum contrectationes ejusmodi oriuntur pustulae.

Quum mirabilis hujus morbi vis, contra Variolas tueri, inter vulgum suae provinciae tam nota et indubitate esset, haud irritum duxit JENNERUS, accuratius in hanc rem inquirere; et profecto mox certior fiebat, omnes illos, quotquot examinaret, qui Variolas vaccinas aliquando laboraverant ab humanis liberos mansisse, adeo ut eertissima veri haberet indieia in viginti et pluribus ejusmodi hominibus, experimenta Inoculationis Variolarum humanarum, repetitis vicibus, instituit et reapse nullus omnium infectus est. Hinc denique divinavit vir egregius, annon eodem modo, quo *Variolae* humanae inocularentur, etiam hic morbus inoculari posset? Et revera mox ejusmodi tentamen d. 14 Maj. 1796 institutum, speratissimum habuit eventum.

Multum tamen abest, ut JENNERUS primus fuerit, qui

www.libtool.com.cn
 hunc vaccaruin morbum ejusque vim præmunitentem in variolas humanas, detegeret; jam diu inter oceconomas enim et rusticos Angliae non solum sed etiam aliarum Europæ regionum constitit, quoscumque, qui Variolas vaccinas passi fuissent, a Variolis humanis immunes manerent.

In Anglia SUTTONUS et FEWSTERUS societati medicorum Londinensi, jam Anno 1765 renunciaverant scse, multis experimentis institutis, certiorcs esse factos, in homines, Variolis vaccinis olim correptos, Inoculationem Variolarum humanarum nullam omnino exercere vim; videtur quoque Anno 1781 NOSHIUS quidam suo filio aliisque infantibus inoculavisse vaccolas; neque minus hisce addi meretur J. ADAMS, qui in Libro (1) Anno 1795 edito experientia sua retulit. In Germania quoque auctor quidam anonymous multo ante Jennerum in Variolas Vaccinas, tamquam præsidium contra humanas animum atten dit (2). Primas vaccilarum Insitiones in Holsatia instituisse videtur, Anno 1791, ludimagister nomine PLETT (3), in tribus infantibus, quod tamen tunc temporis non divulgatum est. Quae si jam ita sunt, tamen viro celeberrimo E. JENNERO gloria competit immortalis, Insitionem Variolarum Vaccinarum contra Variolas humanas prophy-

(1) Observ. on morbid poisons, phagad. et cancer.

(2) Algem. Unterhalt. v. J. 1769, Götting. St. 59. p. 506, 507.

(3) NORD: Archiv, Bd. III. St. 1. p. 241. Bd. V. St. 2. p. 65—67.

Vacciolarum Inoculatio quoque remotissimis temporibus cognita fuisse dicitur Indianis, quod pateret ex Libro quodam sancritico nomine: *Sacteya-Grantham* cuius auctor fuit *Dhanvatari*. Cf. Frories Notiz. 1826. Nov. N°. 327.

Auctore HUMBOLDTIO, Novae Hispaniac monticolis quoque Vaccilarum vis tutelaris in Variolas humanas innotuit antequam in Europæ regionibus fuit cognita. Cf. Essai politique sur la Royaume de la nouvelle Espagne.

laxin magis ibidem universaliter judicavisse et in totum gentis humanae usum atque salutem ingeniose convertere tentavisse.

Post illa, quae jam fecerat Jennerus, mox innumera alia instituit experimenta, quo certius perspiceret inventi sui utilitatem; atque re per biennium sedulo tractata atque probata, tandem consilium cepit inventa sua evulganda in Diario »*Philosophical transactions*» quem tractatum tamen non acceptum propter opiniones quas contineret, non satis probatas, publicum reddidit libro, qui Anno 1798 prodiit Londini (1); hocce opusculo nec non aliis, quae paulo post prodiit, multi inter Medicos, cum in Anglia tum in aliis regionibus, impellebantur ut *Variolas vaccinas*, insitione hominibus communicarent adeoque propriis periculis experirentur num, morbo excitando mittissimo, funestum utique malum certo profligare possent.

Igitur eodem etiam Anno (1798) in Anglia Medici bene multi ut: Doctissimi PEARSONUS (2), WOODWILLIUS (3), AIXINUS, H. JENNERUS, Eduardi c fratre cognatus aliquique, omni assiduitate omnique strenuitate, qua inventum tam salutiferum dignum erat, permulta et diversa instituerunt experimenta, quibus opus esset ad illud perfecte illustrandum. Sequente anno Societas Medica Londinensis quaestionem proposuit: *de Variolarum vaccinarum origine earumque a variolis humanis differentia, effectu et vi perservatrice.* Eodem anno ad finem vrgente Institutum, quo Vacciarum inoculatio promoveretur, Lon-

(1) An Inquiry into the causes and effects of the *Variolae vaccinac*, a Disease discovered in some of the western countries of England, et. Lond. 1798.

FURTHER observ. on the *Variol. vacc.* 1799.

A continuation of facts and obs. 1800.

(2) An inquiry concern. the history of the *Coupoax*. et 1798.

(3) Reports of a series of Inocul. 1799.

dini www.libtool.com.cn fundatum est, cujus observationes aeque ac alias Societatis (*Royal Jennerian Society*) eidem seopo dictae, in lucem editae, rem quam maxime illustrarunt et divulgarunt. Praeterea omnes observationes in eo conspirabant, morbum, per Vacciarum insitionem exicitum, admodum levem esse neque eum vitae descrimine umquam conjunctum; eruptionem item pustularum, ut plurimum ad insitionis loeum restringi, denique infectionem non nisi per lymphae transplantationem ex uno corpore in alterum adduci. Jam felix ab omni parte eventus efficiebat, ut incredibili celeritate per universum Brittaniae regnum, donum istud divinum fuerit dispersum, ut omnes fere Medici Vacciarum vim prophylacteam agnoseerent atque tandem eximus ille JENNERUS laude atque reiuneratione publica eumulatus, aeternam reportavit gloriam.

Novae inventionis fama mox per omnes reliquas Europae regiones volavit et haud minorem, quam in ipsa patria, movit admirationem. Nulla autem fuit regio ubi nova inoculatio plures habuit sectatores quam in Germania. Prima vaccineatio fiebat Vindebonae A°. 1799, materia ex Anglia transmissa, a doctissimo ALOYSIO CARENO (1) et feliciter sucessit. Chirurgus bene meritus STROMEYERUS et praecellens BALLHORNIUS (2) primi fuerunt, qui Variolas Vaccinas non tantum in Hanoveria, sed etiam suis scriptis per totam Germaniam propagaverunt. Numerus virorum doctissimorum, qui Vacciarum inoculationem amplectebantur, quam maximus erat; inter omnes Germaniae medicos praecipue dignus est, qui mominetur celeberrimus JOHANNES DE CARRO (3), medicus Vindebonensis, qui

(1) Salzb. Med. Chir. Zeit. B. I. 1799.

(2) BALLHORN et STROMEIJER, *Traité de l'inocul. de la vaccine*, 1801.

(3) J. DECARRO, *Observ. et experiences sur l'inc. de la vaccine*, 1801.

prima fecit ~~vaccinationis~~ vaccinationis pericula in propriis suis infan-
tibus. Brevi tempore post ex una urbe in alteram mi-
grans, in omnibus fere Germaniac partibus gratissime fuit
accepta et reges, principes, gubernatorcs insigne quan-
tum contulerunt ad hoc propagandum beneficium ex quo
toti generi humano tantum salutis crescere videbatur.
Ubique idem effectus ubique eadem benignitas et levitas
morbi.

Etiam in Francia Medici ad Variolas vaccinas attendebant
et Parisiis anno 1799 societas propagandae vaccinationis
sese conjunxit, auspiciis celererrimorum medicorum ut:
PINELLIUS, LEROUX, PARFAITUS, SALMADIUS, DOUSSIN-DUBREUIL,
cet., quae societas viro doctissimo PEARSONO litteras scrip-
sit, quibus materie myxacinam, nec non de vaccinatione
praecepta quaedam peterent.

Vaccinatione in Francia practa, evntus expectationi
omnino respondebat (1) et nomine istius societatis THOU-
RETUS observationes in lucem edidit. Postea magis ma-
gisque propagabatur Vaccinarum inoculatio praesertim
postquam Doctissimus AUBETUS Londino rediens observatio-
nes in Nosocomio Londini factas, publici juris fecerat (2).
Praeter supradictos HUSSONIUS, RANQUESUS, DEDIERIUS, CHAQUE,
MORAVIUS cet. initio multum contulerunt ad promovendam
Vaccinationem.

Nostra quoque in patria novum illud inventum lubenter
fuit acceptum. Roterodami primus fuit doct. L. DAVIDS,
qui, accepta materia vaccina a viro docto MARSHALL, die 17
Octobris 1799 vaccinationem instituerit et anno sequenti
quid expertus fuerit, in lucem ediderit (3). Istius modi

(1) Gazett. National. (22 Praireal an VIII).

(2) Rapport sur la vaccine ou reponse aux questions de l'Ecole de
Medicine de Paris, 1801.

(3) Nieuwe Alg. Konst- en Letterb. 1800. p. 21.

www.libtool.com.cn
 observatione evulgata non potuit quin plures inter nostrates viri ecleberrimi et doctissimi excitarentur ut rem ulterius propagarent. Praeter doetissimum DAVIDS Roterdami etiam viri doeti VAN NOORDEN, TEN HAAF, OPPDORP, GRAM, DUVIGNEAU, VAN HATTEM eet., allaboraverunt, ut matteriem acquirerent, qua, post aliquot impedimenta e Nosoeomio Londinensi aeepta, anno 1800, plures inoculati sunt eo eventu ut suo tempore pustulæ prodirent et morbus rite proeederet. Horum exemplum, ad propagandum praesidium hominibus tam salntiferum, in aliis urbibus imitati sunt varii eclebres in arte viri. Ita Hagaë-Comitis doetissimi DIBBETZ et ONTIJD plurimum conduxerunt deque insitione nova observationes ediderunt. In Frisia clarissimus MULDERUS primas instituit bono eum eventu insitiones, Anno 1800, habita simul Leetione de *Variolæ Vaccinis*; Groningae praelarus THOMASSEN à THUËSSINK eam non tantum propagavit sed etiam hac de re observationes promulgavit egregias. Amstelodami, ubi primis hujus inventi temporibus Societas fundabatur, ejus scopus erat insitionem vaceiolarum inter pauperes inprimis propagandi, clarissimus GERARDUS VROLIK, doctissimi c. n. à ROY, HAAKMAN, YPEY, THIEMMEN, NUSSEM, eet. quam maxime hoe tuiti sunt et propagaverunt beneficium. Clarissimus in Academia Ultrajectina MATTHIAS VAN GEUNS, quem, inter plures alios, litteras misit praestantissimus VAN DER PALM, ut rem inquireret, huie, Anno 1801, responsum dedit: novam Eneheiresin non nimis avide arripiendam neque tamen rejiciendam esse, sed omnia phaenomena sedulo esse investiganda ut de praestantia judicari possit (1). Nominandus etiam est doetissimus VAN DEN BOSCH qui Harlemi vaccinationis erat patronus eamque quam maxime pro-

(1) De waardij der Koep. overwogen enz., in het Geneesk. Magaz. I St. p. 59.

movit www.libtpagavit.cn In variis quoque urbibus ut Rotterodami, Harlemi eet. Societates fundatae sunt ad vacciolarum insitionem inter pauperes introducendam et sic magis magisque per nostram patriam insitio fuit provulgata et satis eeleres fecit progressus.

Neque minus quam in supra memoratis Europae regionibus, in Italia nova Vacciarum inoculatio grato animo accipiebatur; non tantum medici eam instituebant sed magistratus quoque eam quam maxime promovebant atque Neapoli rex institutum ad vaccinas inserendas fundari jussit Anno 1801. Inter alios nominandi sunt, qui ei quam maxime favebant Medicus celeberrimus SACCO, Paduensis Professor TAURENGO et doctissimus BRERA. In Florensa, Pisa nec non Tuscia magnum coeli donum primo despreverunt, postea tamcn ceterarum Italiae partium exemplum imitati sunt.

In Hispania quoque hoc prae sidium introductum et adhibitum quam maxime regis impulsu dispergebatur; in altissimis montibus aequae ae in abditis vallibus sucedebat et eventus exspectationi respondebat; ita ut a mense Decembris Anni 1800 ad mensem Septembris anni sequentis, in sola Catalonia, 7000 homines fuerint vaccinati (1).

Neque minores fecit progressus in Russia hocce novum prae sidium; WEICKARDII tamen, qui primum ibi insitionem instituere conatus cst, experimenta male succedebant, meliores contra successus habebant PRESCOTII, qui ex Anglia acceperat materiem vaccinam, experimenta. Ipsa Caesaris mater nec non nobilissima comes SCHUWALOW etiam in ultum eonduxerunt ad insitionem hanc propagandam.

In Swecia et Dania, in primis in ejus Metropoli Hafniae satis faeile dispergebatur nova haec inoculandi ratio;

(1) Alg. Konst- en Letterb. 1802. №. 20. p. 506.

www.libtool.com.cn

WINSLOWIUS nemppe , qui Anno 1801 a JENNERO ipso materialm accepit vaeeinam , hujus prima felici eum eventu , pericula feeit , cujus exemplum mox imitabantur bene multi alii Medici et nova insitio jam eeleres ibi fecit progressus.

Novum praesidium mox ab Anglis in colonias suas Indieas tam Orientalem quam oecidentalem , indeque in plures alias terrae partes , translatum est , ita ut Anglis praeter gloriam inventae vaecinationis ctiam propter ejus propagationem meritissima debeatur laus.

Inter primarios hujus praesidii patronos in Ameriea memorandi sunt celeberrimus WAATERHOUZ (1) nee non doctissimus REDMAN CONE (2) , qui Philadelphiae egregias suas ediderunt observations Anno 1802. Successus ibi eximus erat ita ut eum ardore propagata sit.

In Colonia Bombay a viris doctissimis MOIR et SCOT inscriptionis perieula felicissimo eventu facta , magnam tulerunt incolarum aestimationem. Ex Bombay ad alias Angliae Colonias translata est atque ubique grato animo accepta insitio , ita ut in Insula Ccyclone , vaccinatione introdueta , omnis insitio variolarum humanarum statim interdicta et prohibita sit.

Anno quoque 1803 Midieus Hispanus FRANCISCUS XAVIERIUS DE BALMIS eirea universam terram iter suscepit philanthropium. Die 30 Nov. ejusdem anni profectus et 22 pueris , qui variolas nondum superaverant , in navem assuntis , quos sensim sensimque incoleulando , lympham recentem in ipso itinere reservaret , universac Americae novum praesidium communieavit ac denique post tres annos ab insulis Philippensibus in patriam rediit (3).

(1) Success of vaccine Inocul. (Med. et Phys. Journal) , Vol. IX. p. 96.

(2) Practic. Observations in the vacc. etc. 1802.

(3) Salzb. Med. Chirurg. Zeit. 1807. I. p. 12.

Praeterquam jam ab initio hujus inventi ortae erant inter viros doctos dissensiones de vaccinationis phaenomenis, idem huic praesidio accedit, quod cuvis rei bonae atque egregiae aecidere solet: non defeuerunt obtrectatores, qui eam infutarent.

Brevi post quam JENNERUS inquisitiones suas de Variolis vaecinis in lucem protulerat in Anglia aliisque regionibus inter alias agitata est quaestio de pustularum in loeis ab insitione remotis praesentia vel absentia. JENNERUS nimirum dixerat Variolas vaecinas istius modi eruptionem non habere comitem; WOODWILLIUS contra fere semper pustulas, Variolis non absimiles observabat, quod PEARSONUS quoque aliquando animadvertebat, ex quo JENNERUS deducebat (1) materiam vaecinam, qua illi Medici utebantur materia variolosa esse inquinatam vel illos, in quibus talis proveniret eruptio, jam ante vaccinationem contagio varioloso esse infectos; WOODWILLIUS nimirum primas insitiones instituebat in Nosocomio ubi plures, morbo Varioloso laborantes, una jacerent; Medici quoque, qui in urbe insitiones faciebant et materiam vaecinam a Woodwillio aeeperant hujus observationes sacpissime affirmabant; qui contra in rure erant Medici nullas fere tales animadvertebant eruptiones.

Sensim vero sensimque eruptiones etiam in urbe minuebantur et ipse WOODWILLIUS, factis experimentis sese erravisse vidit, quod postea palam confessus est (2).

In Germania quoque hac de re dissentiebant Viri docti. Nonnulli nimirum statuebant nisi accessisset pustularum eruptio, Variolas vaccines contra Epidemiam sequentem non valere (Materia a JENNERO missa pauciores produxit

(1) JENNER'S Continuat. of Facts. cet. 1800.

(2) Obs. on Cowpox, Lond. 1800.

www.libtool.com.cn
eruptiones, quam illa a PEARSONO accepta, qui materialm
in urbe collectam transmiserat) (1).

Mox tamen patuit pustularum eruptionem ab insitionis
locti remota non esse signum Variolarum vaccinearum
characteristicum, sed morbum accessorium.

In Auglia non multas contra novam Inoculandi methodum
fecerunt objectiones; scripta enim quae in hac
regione evulgata sunt, magna pro parte satyrae sunt.

Inter principes in Francia adversariorum numerandus
est VAUMIUS, qui nonnulla scripta contra Variolas Vaccinas
edidit, quae aequac ac VERDIERII, CHAPONIS, MOULETI
parvi aestimabantur.

In Germania celeberrimus HUFELANDUS ne aliquid ani-
male vaccinatione hominibus transferri posset, timebat;
quae opinio refutata est atque postea experimenta timo-
re superfluam fuisse satis superque ostenderunt; ab ipso
celeberrimo Viro postea quoque reicta est (2).

Inter graves novae Insitionis adversarios ponendus est
MARCUS HERZ, Medicus Berolinensis, cuius opusculum,
quod edidit (3), pulcherrimas continet observationes de
differentia quae est inter Variolas vaccinas et humanas.
Hujus objectionibus tamen nonnulli statim sese oppo-
nabant viri doctissimi, inter quos imprimis dignus est,
qui citetur J. E. ARONSON.

Praeter hos ex adversariorum partibus eminent MATHU-
RISKA, MULLERUS, LEROY, WEDEKINDUS, SCHEFFERUS, EHRMAN-
NUS, plurimique in variis regionibus alii majoris mimo-
risve momenti objectiones, afferentes.

En! brevis vaccinationis historia, inde ab ejus inven-
tione donec non solum per universam Europam sed per

(1) HUFEL. Journ. Bd. X. St. 5.

(2) HUFEL l. c.

(3) Ueber die Brutal-impfung etc. HUFEL. Journ. XII. St. 1. p. 1—110.

omnes fere terrae partes innotuerit atque introducta sit, Breve temporis spatium, quod quatuor vel ad summum sex annis expletur, sufficit, ad ejusmodi beneficium, quod jam diu frustra desiderabatur, toti generi humano communicandum.

Variolae, post introductam vacciolarum Inquisitionem, sensim sensimque rarius grassari incipiebant et si apparetabant istos in primis afficere solebant, qui vel negligentiae causa vel praejudicata opinione Inquisitionem non subiissent, illis qui eam subierant plerumque libcris manentibus. Tandem in nonnullis regionibus Europae vacciolae prorsus evanuisse videbantur.

Vaccias ergo adversus Variolas humanas præmunire fere extra omne dubium acceptum erat, licet haud negari possit post praegressam vaccinac inquisitionem Variolas in plurimis rediisse, qualem casum jam ipse memoravit JENNERUS (1) quodque postea praeter in Anglia in aliis quoque regionibus satis frequenter observatum est, qualesque casus, qui usque ad annum 1823, in variis terrae partibus provenerunt collegit et conscripsit cl. LUDERS in opere suo egregio de hoc argumento (2). Quodsi jam a primordio inventae vaccinationis pauci casus occurerent, inter multa millia vaccinatorum nonnullos nihilominus a variolis posthac corripi, id parvi pendendum erat, iis casibus experientia non minus confirmatis, ubi ipsae Variolae, licet rarius, unum eundemque hominem bis vel adeo ter invaderent. Recentius tamen hi casus infausti tam crebo ubique occurrunt, ut omnium attentio in hanc rem conversa sit. Diversissima tamen observata est ratio inter homines vaccinatos et non vaccinatos, qui

(1) L. c.

(2) Versuch einer kritisch Geschichte der bei vaccinirt. beobachteten Menschenbl. Altona 1824.

www.libtool.com.cn Variolis correpti sunt; in diversis regionibus ita tamen ut, quo cautius et religiosius vaccinationis munus ab initio perficeretur, co minor esset numerus casuum infasutorum. Hoc vero neminem fugit Variolas, quae, praegressa vaccinatione, oceurrant, mitiori indole constanter insigne esse et fere nunquam interficere.

Ad erucndam causam, eur Variolae praegressa vaecinatione, etiam invadere possint, diversissimas opiniones protulerunt auctores. Sunt enim, qui causam invenisse credant in ipsius contagii vaccinici *alteratione specifica*, quam adducere possent: vel lympha e vacciolis spuriis desumpta, vel pustulæ, organisatione destruetæ vel contagium asservatum potentissimis chemieis, physicis, cet. ut *luce, calore, frigore*, destruetam. Aliis magis placet ad causam hanc explicandam, *contagii vaccinici debilitata energeia*, quod efficerent: vel lympha praemature aut sero e pustulis desumpta; vel lympha male aut nimis diu asservata; vel crustulae ad vaccinationem adhibitæ.

Aliis majoris momenti videtur varia inepta inoculandi ratio (THOMSON, LÜDERS, THOMASSEN à THUESSINK, cet.)

Lieet negari haud possit, nonnulla inter haec memorata, majoris minorisve momenti esse in vaccinatione bene instituenda, ejusque in sequelis, atque ita frequenter vaccinationis frustraneæ eausam esse, nihilominus satis probatum est, praegressam vaccinationem Variolas esse insecuras ubi de nulla istarum causarum quaestio esse possit. Alii hanc ob rem alias proposuerunt hujus rei explicaciones. Bene multorum opinio est: *vim tutelarem vacciolarum non per totam vitam durare sed post certam annorum seriem iterum evanescere*; inter quorum numerum inveniuntur qui, huic temporis spatio certis velint circumscribere finibus; ita GOLDSON immunitatis periodum 3 annis, CAILLOTUS 10 ad 12, BOULETUS 14 ad 15, BERLINUS 17 ad

18 annis www.libtool.com.cn emensi sunt, nonnullis etiam statuentibus, in primis pubertatis evolutionem praegressae Vaccinationis effectum iterum tollere et inde ab hoc tempore receptivitatem ad variolas revivescere.

Ab aliis contra haud parvi momenti existimandum ducitur: *Degeneratio contagii vaccinici spontanea*; quae effeciretur per diurnam de homine ad hominem contagii transplantationem, qua ejus virulentia mitigaretur.

EICHMORNIO (1) magis verisimile videtur in plerisque casibus, ubi vaccinationem praegressam insequerentur Variolae, receptivitatem non plane extinctam esse, quia, vulnusculis nimis raris, nimis parva materie i vaccinatione quantitas adhibita esset.

MOREAU DE JONES (2), EBERS, KUSTER, al. contendunt vacciolas quidem praemunire contra *Variolas*, quod tamen non facerent contra *Varioloïdes*. Secundum horum opinionem autem Varioloïdum Contagium prorsus aliud esset indolis quam Variolarum; quam sententiam tamen omni fidè carere, praeter ab EICHMORNIO (3), KRAUSSIO, NICOLAÏO, ipsâ quoque experientia probatur, quia nempe per inoculationem ex Varioloïdum pustulis, in iis, qui nec Variolas ante habuerunt, nec vaccinationem subierunt, oriebantur variolae; dum contra ex Variolarum pustulis in iis, qui vaccinationem subierunt fere semper Varioloïdes oriebantur; saltem si praegressa vaccinatione non plane extincta erat receptivitas.

Memorare quoque liceat nonnumquam in equorum pedibus *ulcerationem* quamdam atque in ovium capite *exanthema* quoddam provenire, quae aequo ac *Vacciolae*

(1) Handb. ü. d. beh. u. verhüt. d. contag. sieberh. Exanth. v. I.

(2) Bulletin d. scienc. Med. Dec. 1826.

(3) L. c. p. 196.

www.libtool.com.cn

contra *Variolas* praemuniendi haberent facultatem. Haec equorum ulceratio: *Paronychia erysipelatosa*, *serosa* (VEITH) vocatur, a Franco-Gallis: *Eaux aux Jambes*, *Javart simple*, *Teigne*; ab Anglis: *Grease*; a Germanis: *Mauke*; a Nostratisbus *Mok*; — Hoc ovium Exanthema *Variola ovilla* voeatur.

Horum morborum produeta (*lympha*) eodem modo, quo Vaccinolarum in hominibus transferri posse bene multi observaverunt auctores, atque in iis pustulas producere, quam maxime eum Vaccinolarum convenientia (1).

Cum iis quoque de industria experimentis in hominibus institutis, iidem observati sunt effectus, qui vaceinationem exercei solent (2).

Bene multa quoque experimenta faeta sunt transferendo materiem vaceinam in equis (3) atque *Equinam* in vaceis (4) ubi, in utroque easu eadem animadverterebantur pustulae, similes habentes decursus, ceterisque modis inter se convenientes; quibus experimentis quoque faetis in ovibus, eosdemque habentibus effectus; omnia haec observata ansam dederunt ad supponendam horum trium morborum inter se identitatem. Praeterea quoque experti sunt materiei *equinae* atque *ovinae* facultatem in Variolas praemunientem eamque adhuc satis probatam invenerunt (5).

(1) BERNDT, GREVIUS, JENNERUS, LOY, SACCO, HERTVIG, ROSENTHAL, ect.; Cf. quoque Dubl. Journ. Jul. 1840; Allgem. repert. 1841. S. 186; Journ. d. Pract. Heilk. 1841. 1^e St. Nov. III; Allgem. repert. Aug. 1842. S. 106. — Med. Zeit. 1839. N. 24. IV. — 1840. I. II. Allgem. repert. 1840. Apr. S. 115—1841. Jan. S. 107.

(2) Cf. LICHTENSTEIN in Journ. d. Pract. Heilk. 1841. 1^e St. IV & Allgem. repert. 1841. Oct. S. 129.

(3) JENNER, LOY, SACCO, VIBORG, NIEMAN, LAFONT, ect.

(4) JENNER, LOY, STEINBECK, al.

(5) In primis e. mat. ovina. Doct. IVANOVICS in urbe Pesth cf. Journ. d. Pract. Heilk. 1838. Juli V. 2. Allgem. repert. Jan. 1839. S. 98.

Celeberrimi JENNERI opinio: *Vacciolas* ex equorum Morbo supramemorato (1) originem ducere jam a doctissimis WOODWILLIO (2), SIMSONO (3), PEARSONO (4), OSIANDERO (5), SACCONIO (6), cet., refutata cst. Praeter Jenncri sententiam bene multi aliam proposuerunt Vacciarum originem atque hoc quidem e *Variolis humanis* (7); contra quorum opinionem plurimi sese proposuerunt atque probaverunt Vacciolas morbum esse Vaccarum peculiarem, qui sponte oriri atque per contactum in alia animalia imo etiam in hominem transferri possit (8).

(1) L. c.

(2) Reports cet.

(3) Reflections on the property, cet., and expir. on the supposed origin of cowpox.

(4) The Med. and Phys. Journal. passim.

(5) Ausf. Abhand. ü. d. Kuhp., cet. 1801.

(6) Osservazioni, cet.

(7) Praeter RHAZEN, TURNER, MAUNOIR, GENDRIN, BOUSQUET, THOMSON, THIELE, multiq. al. cf. LICHTENSTEIN in HUFEL. Journ. 1841. Ie. Jan. IV.

(8) AIKIN, ALBERS, BREMER, JENNER II, WOODWILLE, SACCO, LÜDERS, cet. cf. LICHTENST. l. c.

QUAESTIO TERTIA.

DE MORBI VARIOLOSI NATURA, CAUSA ET
VARIETATE.

Pertinent *Variolae* ad Exanthemata contagioso febrilia, ad quae etiam referuntur: *Scarlatina*, *Morbilli*, *rubeola* *Varicellae*, *Petechiae primariae*; vocantur *febrilia* quia plerumque *febrem* comitem habent; plerumque dicimus, quia interdum febris adeo mitis est et benigna, ut abesse videatur; *contagiosa* dicuntur, quia per *contagium* propagari solent. Omnia ad haec pertinentia Exanthemata praeterea haec inter se communia habent, quod plerumque non nisi semel eundem afficiunt hominem, quod in singulis plerumque animadvertisit *febris primaria* a *secundaria* distincta.

In *Variolarum* decursu sex praecipue observanda sunt stadia:

- 1 stadium *Opportunitatis.*
- 2 " *Ebullitionis*, *irritationis*, s. *febrile.*
- 3 " *Eruptionis.*
- 4 " *Maturationis.*
- 5 " *Suppurationis.*
- 6 " *Exsiccationis.*

Primum ~~stadium~~ ~~a~~ contagio suscepto ad initium febris , fere sex ad septem comprehenditur nychthemoris et plerumque ignoratur ab homine sano.

Alterum in regularibus triduanum , ubi materies contagiosa humoribus mixta varios producit in organismo effectus , symptomata simulantes febris *rheumaticae* , *catarhalis* , *gastricae* , al. et febris paeprimis tunc corrigentis characterem habentia. Hoc sequitur tertium stadium nempe *Eruptionis* ; Eruptio hac ratione erumpere solet : apparent puncta parva rubra , instar morsus pulicares , primo in facie , mox in dorso manuum et in brachiis , dein in trunko et artibus inferioribus , quae porro in papulas elevantur. His eruptis omnia fere symptomata mitescere solent. Hoc stadium in biduum vel triduum absolvitur. Ista papulae in stadio maturationis magnitudine et numero augentur , valde rubescunt , magis magisque elevantur , in pustulas transeuntes , in quarum apice oritur depresso umbilici instar , quae magis magisque increscit , et circumdantur halonibus rubris ; tenditur cutis ; circa 7 ad 8 morbi diem nova febris , suppuratoria dicta , acceditur , alia aggravantur symptomata , alia jam praesentibus adduntur ; quae ubi duraverunt 4 , 5 , 6 dierum spatio a primo ortu , pustulae jam absolute suppuratae sunt et in totidem parva aposthemata conversae.

In stadio *suppurationis* pustulae iam purulentae quotidie augentur ; dein maturescunt ; albescunt , flavent ; ac tertio quartove die hujus decursus , ab exordio undecimo , rumpuntur , quo fit ut materies purulenta effluat , qua siccata , crustae formantur durae ; flavo brunneae ; vel etiam integritatem servantes sensim sensimque evanescent deciduntque , quod sistit stadium ultimum seu *exsiccationis* ; post crustarum lapsum , maculae magis minusve rotundae , rubro brunneae et deinde cicatrices plus minusve regulares relinquuntur.

www.libtool.com.cn Hinc brevissimae Variolarum descriptioni addi potest, magis accurata de ipsius pustulae variolosae formationis et evolutionis modo, qui observari monet Doct. JUDD, quem citat ZIMMERMANNUS (1).

1. Observatur primo eutis *Erythema*, pendens a vasorum capillarium superficialium injectione. 2. Oriuntur puncta rubra (morsus pulicaris instar) in cute, quorum causa est venularum evolutio in corii superficie elevatarum, quac (3) per evolutionem ulteriorem liquorem secernunt serosum quo Epidermis a recte mucoso elevatur, ita ut oriatur Vesicula, integris manentibus frenulis et canaliculis, quac in media vesicula conjunctionem sistunt inter corium, rete mucosum et epidermidem; vesiculae tegumentum, quod sistit epidermis in medio per frenulum filiforme ad corium retinetur. 4. Increscit febris vehementia; adaugetur inflammatio; serum magis minusve fit opacum; secernitur lympha plastica, quac statim coagulatur; in intima pustula oritur, horizontali directione, lamina tenuis, pustulam in duas dividens cellulas, (superiorem et inferiorem) in qua (lamina) media adest apertura; cellula inferiore continente *lympham*, superiore *serum*. 5. Intrat febris secundaria et pustula evolutionis απυήν attingit. Vinculum corium inter et Epidermidem per ulteriore distensionem disrumpitur; lympha plastica in cellula inferiore jam in pus mutata, per laminae aperturam effluit et miscetur cum sero, in cellula superiore totaque pustula in *variolam* mutatur *purulentam*; quo tempore, rete mucosum basin sistit pustulae firinam ita ut plerumque a puris contaetu caveatur *corium*, in quo tamen, rete mucoso ulceratione aliqua pro parte, destrutto, recessus invenitur; corii papillae nonnumquam in pustula prominent, atque interdum instructae sunt vinculo filiformi quod antea usque ad Epidernidem tendebat.

(1) Ueber Menschenpocken etc. 1844.

Non omnes tamen pustulae semper hanc perfectissimam attingunt evolutionis gradum.

Quam neque Variolarum *situs* neque earum *figura*, neque *liquor* quem continent, neque carum *color* in omnibus casibus eadem sint, distingui possunt:

1º quod ad *Situm* in: *Variolas discretas, cohacentes, confluentes et mixtas,*

2º quod ad *Formam* in: *acuminatas, depresso-s, similquosas, verrucosas,*

3º quod ad *Liquorem*, quem continent in: *purulentas, ichorosas, lymphaticas, sanguineas,*

4º quod ad *Colorem* in: *albo-flavas, albidissimas squammulas referentes sine contento aliquo, plumbeas, nigras, cet.,*

Alia variolarum distinctio est, quae petitur ab alio Exanthemate concomitante, *petechiali, miliari, erysipelatoso* in: *Variolas simplices vel compositas.*

Aliis majoris momenti videtur Variolarum distinctio et divisio, quod ad febris concomitantis characterem attinet.

1º. *Variolae benignae* in quibus decursus est ut supra breviter descripsimus.

2º. *V. inflammatoriae*: si concomitur *synocha* omnibus suis symptomatibus, quibus stipari solet, quaque dependere videntur ab inflammato aliquo organo interno; decursus ergo irregularis est.

3º. *V. catarrhales et gastricae*, quae distinctio in primis a veteribus medicis est facta, habita complicatio peculiaris. In his phaenomena solita tantummodo magis conspicua sunt quam in *V. benignis*; decursus autem parum aut nihil modificatur.

4º. *V. nervosae*. In stadio eruptionis adsunt symptoma febris nervosae; eruptio irregulariter locum habet; suppuratio non intrat; pustulae vel vacuae manent vel lympham continent aquosam.

5. ~~Vv. Vb.~~ putridae. In his omnia febris putridae symptomata adsunt; eruptio irregularis est; pustulæ non elevantur, parvam continent discoloris vel sanguinolenti humoris eopiam et petechiis intermixtae sunt.

Destinetio haec quæ a concomitantis febris charactere petitur suam in primis habet utilitatem in Variolarum curandarum methodo.

Aliis auctoribus aliae quoque placuerunt variolarum divisiones et distinctiones.

QUAESTIO QUARTA.

DE VARIOLIS MODIFICATIS, QUOS VARIOLOIDES
VOCANT.

Ad Variol asetiam referri possunt *Varioloides* quae etiam vocantur Variolae (praegressa vaccinatione) *modificatae*, *mitigatae*. Multum de harum originem inter se dissentient viri docti. Sunt enim qui eas ejusdem habeant antiquitatis ac Variolas ipsas. Ita BOUSQUETUS (1): »*La Varioloïde est aussi ancienne que la petite Verole*» cet. Cujus opinioni quoque favere videtur doct. MOEHLIUS (2) qui plurimas inter, medicorum seculi anterioris, *Variellarum* descriptiones ad *Varioloides* referendas esse putat. BATEMANN, BRYCE, ADAMS, MONRO, THOMSON, ABERCROMBIE, CROSS (3) cet. hujus quoque sunt opinionis et *Variellae* species *verrucosa* (*hornpox s. stonepox*) pro variolis habent antiquorum medicorum *modificatis*. Clarissimus

(1) *Traité de la vaccine et des éruptions varioliques*, p. 185.

(2) MÖHL, de *Variol. et Varicellis*.

(3) BATEM., *Synops. of cutan. diseases*. BRYCE in THOMSON, an account 48. ABERCR., id. 184. THOMSON, l. c. 15. MONRO, on dissert. kinds of sm. pox. 84. ADAMS, dissert. 55. CROSS, *Hist. of the Variol. Epid.* in Norwich 1820. 199—208.

J. L. SCHÖNLEIN (1) quoque opinionem protulit, *Varioloïdes* non esse Variolarum speciem, praegressa vaccinatione *mitigata* sed Exanthema quoddam peculiare atque jam diu ante introductum hoc praesidium, extitisse. *Variolarum* epidemias (1754), quas in nostra patria deseripsit P. FORESTUS, in Italia AMATUS, *Varioloïdum* enim habet epidemias. Ad probandam quoque suam opinionem de differentia *Varioloïdes* et *Variolas* inter haec assert: Die Impfversuehe (eum materia e Varioloidibus instituta) gaben verschiedene Resultaten: bei Individuen, die vaecinirt waren, aber noch nicht *Variola* überstanden hatten, kam es bloss zur Bildung einer *Mutterpocke*, die von einen breiten, dunkelrothen Hofe umgeben etc. Bei *nicht vaccinirten* kinderen bildete sich eine *Mutterpocke*, es stellte sich Kopweh ein; gegen d. 4 Tag kam Fieber und *allgem. Eruption* an den Händen vorsuglich, weniger in Gesichtc. Die Bläschen waren klein, hirsekorngross, mit einem rothen Hofe umgeben, und hatten sich nach 10—12 Stunden mit einer dicken, dem Smegma der Haut ähnlichen Flüssigkeit gefüllt. Bei Individuen endlich, die früher an *Variolas* gelitten hatten, bildete sieh nur undeutlich eine grosse *Mutterpocke* aus. Die Entzündung im Umfangskriese war gering, zur allgem Erupt. kammt es nicht. Die Individuen bei denen die Impfung vorgenommen worden war, blieben unter alle Verhälltnissen gegen die Ansteckung gesichert, cet. Celeberrimi hujus Viri opinionem satis egregie refutavit clar. J. W. H. CONRADI probans: auctores qui supra memoratas deseripserunt Epidemias non nisi *Variolas* designasse. Praeterea plurimorum repetit experientiam (HUFELANDI, HEIMI, STIGLITZII, cet.) qui per *Varioloïdum* Epidemias etiam

(1) Allgem. u. Speciel-pathol. u. Therap. T. II. p. 254—256. (Galles 1859).

in non ~~vaccinatis~~ obseruaverunt Variolas; neque minus animum attendit in easibus ubi non vaceinati, e laborantium Varioloïdibus contactu, *variolas* exceperent (1).

Quidquid autem est de hacce dissensione inter plurimos in arte celebres viros, qui occasionem habuerunt Variolarum observandarum, vaceinatione nondum cognita, nominari sufficiat celeb. HUFELANDUS cujus verba: »Das Daseijn der *Varioloïden* ist nur durch die *Vaccine* möglich und durch sie allein sind sie erzeugt, welehes auch geschiehtlich sehr leicht dar zu thun ist. Vor der einfüh-
rung der *Vaccination* war sie nicht vorhanden“ (2) quod-
que plurimi alii affirmant, satis illustrare videntur hancee quaestionem. Sunt ergo *Varioloïdes*, variolae vaceina-
tione praegressa modifacatae neque non nisi eos afficien-
tes, qui antea subierunt hocce praesidium; quarum de-
eursus a Variolarum in eo differt quod fere semper cele-
rius absolvitur. Nam licet ad maturationis stadium us-
que, utriusque deuersus multum eonvenire soleat, cetera tamen stadia celerius decurrunt Varioloïdes quam Va-
riolae. Licet non in omnibus Varioloïdum casibus sup-
purationis intrct stadium, in iis tamen, in quibus hoc loeum habeat, intra biduum absolvi solet; pustulae nempe statim exsiccati et quasi evanescere incipiunt et raro ac-
eenditur febris secundaria, suppuratoria; formantur crus-
tae brunneae, quibus delapsis, nullae cicatrices sed ma-
culae leviter rubentes remanere solent.

Longum tamen abest ut omnes Varioloidum casus supradictae eonveniant, descriptioni. Sunt quoque auetores ut EICHHORN (3) cet. qui Varioloidum varios accipient

(1) Hist. Med. bemerk. u. angebl. Varioloid. Epid. Gottingen. Ditrich 1842.

(2) II. Journal, 1827. Januar. p. 122.

(3) Neue Entdeck. über die pock. etc. 772 sqq.

www.libtool.com.cn
gradus prout magis Variolis accedant vel ab iis differant.
In plerisque casibus pustulac non nisi lympha impletur,
quodque saepe tantummodo in apice sit; interdum etiam
non impletur ullo liquore sed, *papularum* et *verru-*
carum sistunt formam.

QUAESTIO QUINTA.

DE FEBRE VARIOLOSA SINE VARIOLIS.

Febrim variolosam absque Variolis interdum occurere plurimi observarunt in arte periti; licet non desunt, qui hoc in dubio revocent. Sydenhamus (1) autem monuit praesertim eo tempore, quo latissime grassentur Variolae, sparsim oberrare febrim, quae, praeter Variolarum eruptiones et reliqua, quae inde pendent, similia Variolarum morbo habet symptomata. Non pauci alii magnae auctoritatis scriptores hanc observarunt febrim inter quos nominare suffiat: LUDWIGIUM, BURSERIUM, VOGE LIUM, HEIMIUM, THOMASSEN à THUÈSSINK, cet. at nemini frequentius manifestiusque se ipsa ostenderet quam Variolarum inoculatoribus.

Incipit haec febris progrediturque iisdem prope stipata symptomatibus, quae Variolarum eruptionem antecedere solent. Non una vero est in ea durationis ratio; modo brevius, modo longius spatium percurrit.

(1) Syd. Opp. Sect. III. Cap. 5. p. 181.

QUAESTIO SEXTA.

DE ANNI TEMPORE ALIISQUE MOMENTIS
AETIOLOGICIS MORBI VARIOLOSI.

Varioiae morbum sistunt, qui omnem occupat aetatem sexumque, maxime autem pueros, imo SWIETENIO (1), BURSERIO (2) aliisque monentibus nec foetus ipsi in utero materno abditi ab hac labe satis tuti existunt; quandoquidem negari haud potest, eos in lucem editos pluries variolas in cute extantes aut earum vestigia satis conspicua habuisse, tum etiam cum matres, quod sane rarius est, dum in utero gestarent, Variolis non laboraverint. Neque aetate quis adultiore ita confidat, ut sibi persuasum habeat, se non amplius Variolis obnoxium fore; nam non solum proiecti senesque verum decrepiti etiam et prope annis confecti ex hac pestilentia nonnumquam perierunt (3). Infantes tamen 1 ad 2 menses habentes huic minus obnoxii esse videntur quam 2—3 annorum (4).

(1) V. SWIETEN, Comment. T. V. p. 8. 9. 14

(2) BURSERIUS, Instit. Med. 1826. II. p. 139. § CLXII.

(3) V. SWIET., l. c. p. 8 BURS., l. c.

(4) MONRO, l. c. 62.

Communis est ~~morbis~~^{www.libroshorbus.com} omnibus terrarum partibus , nec calidissimis quidem nec frigidissimis parcit regionibus ; de modo , quo per Europam , Amerieac cct. terrarum partes dispersus sit morbus , supra jam egimus.

Quod ad anni tempus , SYDENHAMUS , BOERIAVIUS , alii observaverunt , Variolas plerumque verno tempore incipere , aestate crescere , autumno languere , hyeme sequenti fere cedere , vere iterum eodem ordine redire ; benigniorcs esse durante frigore quam durante calore ; exinde etiam in calidis regionibus , ubi tota hominum cutis solis radiis exposita est , plerumque observantur malignac characteris Variolae. Inte imperantia , motus vehemens , spirituosorum abusus , nimia integumentorum lectus copia , cet. Variolarum malignitatem promovere solent. Abstinentia contra a victu animali , spirituosis , nimio exercitu , regimen frigidiusculum , aër liber affluens , lotiones corporis frigidac , vestimenta et lectuum stragula levia Variolarum malignitatem quam maxime moderari solent (1).

Inter morbos Epidemicos recensendos esse Variolas et SYDENHAMI observata docent et omnes practici testantur ; quandoque enim per aliquot annos successivas dominantur et postea denuo disparent. In pagis minoribusque urbibus hoc manifestissime constat , ubi quandoque per plures annos nullae omnino cernuntur Variolae ; in majoribus urbibus observarunt celebres practici subinde quidem per aliquot annos non grassari Variolas Epidemicorum more , sed tamen hinc inde unum plerumque vel altcrum hoc laborare morbo , vix propagato ad alias homines contagio , tunc autem morbus Sporadicus solet vocari. In quibusdam locis determinato temporis intervallo redierunt Variolae , ita BARTHOLINO auctore (2) in *Islandia* quoque anno

(1) MONRO , l. c.

(2) Epist. Med. Cent. III. Epist. 90 , p. 390.

vigesimo libtechreabant; WERLHOFIUS (1), eas per 40 annos quoque anno *quinto* rediisse vidit; in Insula *Rügen* quoque anno *septimo* redire solebant (2). In nostra quoque patria tales observatae sunt determinato temporis spatio redcuntes Variolae, sic Doct. VISVLIET eas quoque anno *quinto* in insula *Walcheren*, Doct. J. J. VAN DEN BOSCH in Transisalania urbibusque *Kulenburgae* et *Harlingae* atque doctissimus SCHWENCKE *Hagae-Comitis* observaverunt.

Licet Variolae non nisi semel eundem corripere soleant hominem tamen contrarii plurima contulerunt exempla (3): RHAZES, FORESTUS DIEMERBROECKIUS, HAENIUS, SWIETENIUS, BURSERIUS, MÖHLIUS, THOMSON, MARTINUS, FAVARTUS plurimique alii. Dubitare tamen liceat an non ii, qui mentionem fecerint casum in quibus quinques et sexies accidissent variolae, varicellas aliosve morbos cutaneos pro Variolis habuerint.

Quamvis nemo est, qui dubitet Variolas contagioso modo propagari, tamen negari non potest plurimos esse casus in quibus procul dubio ortae sint absque ullo contagio praeexistente. Origo autem talis genesēos spontaneae, hoc quo vivimus tempore, fere prorsus ignoratur. Sunt tamen qui aëri athmosphaericō facultatem tribuant Variolarum procreandarum, itaque loquuntur de *constitutione athmosphaerica variolosa*, qua explicare velint cur uno tempore *Epidemico modo*, altero contra *sporadice* grassentur Variolae; ad quod probandum etiam afferunt casus, ubi ut supra memoraviinus, in nonnullis regionibus

(1) Opp. T. II. p. 477.

(2) REDKARDS, Med. Wochens 1780. S. 157.

(3) RHAZES, Continent Lib. XVIII. c. 8. FORESTUS, Opp. Lib. VI 45. DIEMERBR., Anat. Corp hum. DE HAAN, Ratio Med. T. IV. BURS., T. II. § CLXIII. XIV. cet.

determinatis quibusdam temporibus redire solerent. Minus congruum tamen est probare aëri atmosphaericō per se hanc inesse facultatem, quia aér purus, et in primis oxygenium in eo, vim exercet deleteriam in contagio. Aliae ergo adesse debent causae Variolarum genesi faventes spontaneae, quae majore jure explicantur ex certis quibusdam relationibus *cosmico-telluricis* per quas quidem virus variolosum aërem atmosphaericum tamquam vehiculum habere potest ad id propagandum; perse tamen hancce facultatem habere minus probabile videtur.

Variolae jam ortae propagantur *contactu* atque hoc vel immediata ratione vel mediata.

I. Immediata ratione fit:

1º. Respirando aërem, exhalationes continentem variolosas contagio repletas; quo in casu contagium in organismum intrat per organa respiratoria.

2º. Cutis contactu.

II. Mediata ratione locum habet:

Quando corpora, quibus adhaeret contagium tanguntur ab iis, qui morbo sunt praedispositi.

De tempore, quo, post factam infectionem, oriantur effectus, haec notanda sunt: Contagio, per pulmones vel per cutim, epidermide denudatam, in corpus intrante jam tertio die animadverti solent effectus symptomata; contagio per inoculationem translato, septem postulantur dies ad effectus producendos. Tardissime sequuntur effectus, nempe die 14º, contagio per resorptionem cutaneam ad organismum perveniente; per ventriculi membranam mucosam infectio non exequi videtur, quia ibi adsunt acida, quae contagii effectibus contraria sunt idque delecti.

Licet Zoöchemia tantos fecerit progressus, ad hoc, quo

vivimus, item plus omnia parum aut nihil de eontagiorum iudice illustravit. Frustra enim Medici atque Chemici laboraverunt ut contagiorum iudicem qualemneunque explorarent sed latet ea atque omnia vestigationis subsidia hueusque fecellit.

De Variolarum contagio tantummodo constat, multis naturalibus morbosisque humoribus inesse, aliisque materiabus animalibus rebusque inanimatis adhaerere atque aërem atmosphaericum tamquam vehiculum habere posse, quamobrem ad eontagia volatilia referri solet, quae ne distantia quidem et spatio interposito a sanis corporibus arcentur. Constat quoque frigus, acida aliaeque substantiae chemieae ei quam maxime contraria esse; maxime ad id extinguendum valere oxygenium; ealorem moderatum contra maxime contagii actionem promovere. Dieunt Variolarum contagium reationem habere alcalinam, dum alii statuant, in primis in Epidemia *Monte pessulana*, in variolarum pure se invenisse materiem analogiam habentem eum *Cyanogenio* (1).

Praeter hoce contagium, quo procreantur variolae, aequa fere aliis morbis, certa quedam humani corporis praedispositio adsit neesse videtur ut morbus hie oriatur; quod sic sese habere probari potest: quod plerumque fiat, hominem licet pluries variolarum contagio expositus fuisset, tamen non affiei, altero contra tempore hoc affiei morbo; quod variolarum malignitas non semper dependeat a morbi malignitate e quo originem duxit contagium, quum plurima adsunt exempla, e morbo benigniore ortum esse maligniorem et contra; tandem quoque quod homines variolis ipsis earundemque aequa ae vaeciolarum inoculatione a morbi reeidivis nonnumquam praemuniri solcant.

(1) SCHOENLEIN, I c. p. 264.

Quacnam sit haecce dispositio atque qua ex fonte originem petat, de hoc in diversas sententias abiverunt auctores. Ita RHASES supposuit talem dispositionem innatam et e matre in foetum derivatam, donec adhuc in utero haeret. Cum autem menstruus sanguis apud multos male audiret et naturali lege per omne graviditatis tempus retincri soleat, ut futuro homini nutrimentum praebat, alii crediderunt inde aliquid maligni communicari foetus sanguini et humoribus, quod postea depuratione per hunc morbum exiret. Alii voluerunt in culpa esse liquorem Amnii, cui foetus innatet. Alii considerabant funiculum umbilicale ligari post nativitatem ad aliquam distantiam ab umbilico, et partem illam, quae inter ligaturam intercipitur, tabescere et emori, attamen per aliquot dies haerere partibus vivis, antequam cadat et hinc credebant aliquod noxii communicari sanguini foetus. Celeberrimus HOFMANNUS (1) statuebat: »e succo quodam chyloso lymphatico correpto et impuro matris oriri primum subtilem et virulentum humorcm, sed viscositate quadam obvolutum firmisque tubilis quibusdam impactum, delitescere tam diu, donec in motum fermentativum sui multiplicativum, ab aliis causis ducatur, succis insinuetur et critica quasi despumatione ex corpore exturbetur etc.” Medullae spinalis tubulos quosdam obstructos latibulum dare virulento huic succo credidit posuitque illud latibulum in infima parte medullae spinalis! Doct. VIOLANTE (2) hujus fomitis latibulum in capsulis atrabilaribus s. renibus succincturiatis posuit, quac sententia jam antea a WILLISIO erat proposita. Aliam Variolarum theoriam proposuit celeberrimus antiquitatis hujus morbi defensor HAHNIUS, quam ut confirmaret morbum hunc fuisse humano generi

(1) Med. Syst. pract., Tom. IV, p. 144.

(2) De variolis et morbillis, p. 22 et sqq.

coacvum.libpol.com.cn semper exstisse dixit; quinimo Variolas e morborum classe fere eximere voluit, statuens: *Variolas esse speciem evolutionis corporis humani, per quam nova vascula sanguinea in cute prodeant, quae hactenus latuerant et nunc evoluta functionibus suis exercendis aptiora reddantur.* Variae istae opiniones, quamquam hypothetiae, tamen multos habuerunt fautores neque minus obtrectatores. Lieet quoque recentioribus temporibus non desint de haee dispositione opiniones, tamen aequa minus de hoc argumento in justa versamur huc. Sunt enim qui existiment in organisino adesse aliquid materiae, quod receptivitatem constitueret, quodque, lieet haetenus neque chemiee neque anatomiee demonstratum sit, in systemate lymphatico sedem suam haberet. Quidquid est de hac receptivitate haee tandemmodo afferri possunt: 1°. uno alterove tempore in fere omnibus hominibus adesse; 2°. lieet in primis pueri afficiantur Variolis, tamen nulli aetati per excellentiam propriam esse; 3°. non in unoquoque talem esse, ut aliquis, aliquo tempore contagio expositus, morbo afficiatur; 4°. non in omnibus hominibus aequa magnam esse; 5°. in iis, qui semel variolis vel naturali modo, vel inoculatione, affecti fuerint, aequa ae in iis qui vaccineinae insitionem subierint vel prorsus vel magna pro parte (saltem per aliquod tempus) extingui posse; nam post praegressas variolas atque post institutam vaccinationem homines tamen Variolis eoripi posse, jam supra indieavimus, quodque regenerationi receptivitatis tribui posset. 6°. Tandem quoque modificari videri vivendi ratione, statu organismi sano vel morboso atque in primis affectionibus, quae in systemate lymphatico praecipue sedem habere videntur ut v. c. morbo *scrofuloso*, *rhachitico*, *syphilitico*.

Lieet auctores, de modo quo efficerentur variolae,

varios protulerunt ~~liberunt~~ ~~co~~opiniones, huc tamen sere redeunt: elarissimus HOFMANNUS (1) statuit in cute adesse glandulas quasdam variolosas, inertes, donec non in contactu versantur cum Variolarum contagio, quae tamen in actu dueerentur, isto contactu loeum habente; quaeque glandulae mutationem quamdam subirent pathologicam et pustulas producerent contagio repletas; atque, morbo varioloso semel cessato, glandulae hae delectae et receptivitas extineta essent. Hujus opinio, quamquam magis ingeniosa quam probata esset, multos tamen habuit fautores, inter quos nominare sufficiat praeclarum in arte AUTENRIETHUM (2). Praeter multa quac huic opinioni opponi possunt argumenta, EICHORNIIUS (3) satis manifeste probavit tales glandulas in eute non adesse.

SACCONIO (4) monente, contagium ab infectionis tempore inde, usque ad eruptionis initium in somno quasi lethargico versaretur et uno cum exanthematis eruptione in actum duceretur etc.

RICHTERUS (5), STIEGLITZIUS (6) plurimique alii putabant Variolarum contagium eum humoribus per organismum permeare immutatum, febrim primarium quae exanthematis eruptionem praecedit tribuendam esse organismi reactioni in stimulum peculiarem quem in corpore efficit contagium, hancce febrem cessare quo tempore contagium ad cutim transferretur et organismus interior ab hocce stimulo liberaretur; secundum eorum opinionem variolarum in cute exortus *crisis* quaedam esset; quum afferant om-

(1) Abhand. v. d. Pocken, Th. I. 1770—1778. II. 1789.

(2) Handbuch d. Emp. Physiol., Bd. II. S. 264 et 350.

(3) Abhand. üb. die Anat. u. Physiol. der äuss. Haut. Meckels Archiv. 1827. I. St. S. 148.

(4) Neue Entd. ü. d. Kühp. p. 30.

(5) Spec. Therap. Tom I. p. 248.

(6) U. d. behand. d. Scharl.

nia www.libtool.com.cn phaenomena morbosa quae eruptioni succedunt, tantummodo pendere a statu eutis phlogistieo, quo perspiratio eutanea magis minusve impediretur, quoque statu morbo organa nobiliora interna, sympathiea ratione, afficerentur.

Satis eongrua nobis videtur EICHMORNI (1) aliorumque contemplandi ratio: quod in morbo Varioloso summis fungentur muneribus sistema lymphaticum quodque in hoc systemate et in primis ejus glandulis materies regeneraretur variolosa, quodque in iis etiam receptivitas quaerenda esset. Observaverat jam HOFMANNUS (2), in oculandis variolis, saepissime in axillae glandulis oriri tensionem, ardorem, dolorem, etc. quae phaenomena ex levibus vulnuseulis explicari non poterant, quia non aderant antequam vulnuseula prorsus essent sanata. Contagium ergo vim suam jam exercet in systemate lymphatico, antequam aliquid in cute adest, quod ejus manifestet praesentiam. Eadem phaenomena nonnumquam etiam observantur in Variolis naturali via contraetis, atque EICHMORNIUS jam probavit etiam durante febre primaria, contagii vestigia adesse in duetu thoraeieo, aliisque vasis lymphaticis majoribus, ergo antequam exanthema erumperat (inoeulaverat autem alium hominem eum liquore ex hisce vasis collecto). Praeterea fere omnes consentiunt auctores in Variolis glandularum et vasorum lymphaticorum vitam in aueta versari actione.

Priinae autem contagii extrinsecus suscepiti actiones referendae esse videntur ad vasa absorbentia, sive per eutim sive per membranas mucosas exciperetur contagium; istis vasis absorberi et proinde lymphae in iis contentae admiseeri, unde primum prodiret systematis lymphatici

(1) Handb. etc. 87 al.

(2) L. c. Th. II. S. 217, 218.

irritatio ~~peculiaris~~ ^{colpis} simul vero contagium lymphae ipsius mixtionem normalem perturbare et in propriam suam naturam convertere probabile est; leges autem quas ista mutatio organo-chemica sequatur nobis penitus adhuc latent. Tamen mirum non est stimulum illum alienum non diu posse contineri intra sphaeram systematis lymphatici, per quod recipiebatur, sed mox in societatem mali voeari sistema nervosum et vasculosum, quo universalis in ci- piat reactio, cuius finis est, ut stimulus peregrinus e corpore iterum exturbetur; quod non, utique in aliis morbis febrilibus per consueta organa excretoria, sed per nova (quod etiam in nonnullis morbis febrilibus nonnum- quam fit) per *pustulas* scilicet, in cute natas, locum habere videtur.

T A N T U M.

T H E S E S.

I.

In morbo varioloso, ut plurimum, methodus convenient antiphlogistica: attamen in instituenda venae sectione magna cautione opus est.

II.

Qui variolarum initio emeticum exhibent, inter complicationem morbi et naturales variolarum prodromos non rite distinguunt.

III.

In febribus exanthematicis rarissime aut numquam convenient methodus diaphoretica.

IV.

Singula morbi variolosi stadia certiorem prognosin admittunt, quam aliae febres exanthematicae.

V.

Inter febres exanthematicas Typhus quoque referri meretur.

VI.

Antisepticam Camphorae in variolis putridis virtutem, a vi excitante, quam stearoptenum habet, repeti oportet.

VII.
www.libtool.com.cn

Revaccinatio non tantum utilis, sed necessaria nobis videtur; inepte tamen agunt qui tempus, quo prima Vaccinatio vim prophylacticam perdidet, certis subducere volunt calculis.

VIII.

Prima Vaccinatio prophylaxin amittit, non quia lympha ab insitibus per annos repetitis, degenerata est, sed quia Vaccinatio in genere prophylaxin sistit temporariam.

IX.

Pessimus eorum mos est, qui omnem febrem intermittentem mox cortice Peruviano supprimere volunt.

X.

Quo magis evolutae sunt facultates animi superiores, eo magis recedit instinctus.

XI.

Martialia nullam habent vim specificam in systema uterinum.

XII.

Die Sinnesempfindung ist nicht die Leitung einer Qualität oder eines Zustandes der äusseren Körper zum Bewustsein, sondern die Leitung einer Qualität, eines Zustandes eines Sinnesnerven zum Bewustsein, veranlasst durch eine äussere Ursache, ect. MULLER.

XIII.

Morbus hystericus non semper ab uteri affectione pendet.

XIV.

Dyspepsia in Chlorosi eandem agnoscit causam ac reliqua symptomata, mutatam scilicet sanguinis crasin.

Narcotica, licet plerumque non agant in organismum nisi in sanguinis meatum recepta, nonnumquam tamen directa ratione in systema nervosum vim suam exercere videntur.

XVI.

Icterus non semper symptomaticus.

XVII.

Polyporum evulsio aliis operandi methodis preferenda est.

XVIII.

Symptomata, quae Apoplexiæ sero-ac adscribuntur (pulsus parvus, facies pallida) non contraindicant venæ sectionem exploratoriam, quac diagnosin ulteriorem inter Apoplexiæ sanguineam et serosam egregie saepe firmat.

XIX.

Quae c lingua petuntur signa saepe fallacia.

XX.

Minus recte GRISOLLE: il n'est pas exact de dire que l'Epilepsie puisse être produite par des causes siègeant dans d'autres organes que le cerveau.

www.libtool.com.cn



TYPIS H. BAKELS.